Et finitæ quidem sunt partes duæ: quas hæc professio pollicetur. i. ratio loquendi & enarratio auctorum: quarum illam methodicen, hanc historicen uocant. Methodice artificialis trãsferri potest. Nam methodus ars dicitur sub qua loquendi ratio cõtinetur, historice dicitur enarratiua ἀπο του ἱστορειν quod narrare etiã significat: a qua significatione etiam historia deducitur. Nihil enim aliud est historia q̃ rerum gestarum expositio. Huic autem parti: auctorum subiicitur enarratio. Tum periphrasi audacius uertere. Ridiculos se præbent qui periphrasi legunt & ita legendum esse contendunt. cum & prisca consuetudo qua se exercebant studiosi poetarum dicta aliis uerbis exprimẽtes & sensus ipse exigat ut Paraphrasi legatur. Est autẽ paraphrasis non simplex interpretatio: sed circa eosdem sensus certamẽ ac æmulatio: ut Fabius ipse i decimo exponit. Neq; ego inqt paraphrasin esse interpretationẽ tantũ uolo: sed circa eosdem sensus certamẽ atq; æmulationem. Sententiæ quoque & chriæ & ethologiæ subiectis doctorum rationibus apud grãmaticos scribantur. Loco doctorum legendum esse dictorum aperte ei compertum erit qui sciet causam ac rationẽ dicti factiue propositi in huiusmodi exercitationibus solere afferri. Equatuordecim autem progymnasmatis hoc est præexercitamentis: quatuor dũtaxat grammatico tractanda permittit Fabius Fabulam, sententiam, Chriam. Nam ethologia species est chriæ: & narrationem. Est autem sententia oratio sumpta de uita: quæ aut qd sit aut quid esse oporteat in uita breuiter ostendit: ut Liber is est existimandus: qui nulli turpitudini seruit. Chria est commemoratio alicuius dicti uel facti uel utriusq; simul celerem habens demonstrationem, ut Isocrates dicebat uirtutũ radices amaras: fructus uero dulces. Chria autem idcirco dicta est hæc exercitatio quod maxime sit utilis et necessaria χρειὰ .n. & usũ & necessitatẽ significat χρειωδες utile dicitur Ethologiæ si ad uerbum transferat hoc nomen: sonare uideat morũ rationes. Nã ἠθος mos dicitur λογος ratio. Sed de ethologiis me apud græcos quicq̃ legisse non memini. Neq; enim inter progymnasmata a græcis collocant: nisi forte ethologian pro ethopœia accipiat Quintilianus. Nam ἠθοποιία inter progymnasmata numeratur. Sed de ea Fabius mihi loqui hoc loco nõ uidetur. Neq; enim ἠθοποιία quicq̃ cũ cæteris simile habet: Quare ethologian accipiamus dictum mores alicuius exprimens quale est Cesaris illud Si iusiurandũ uiolandum est propter regnum uiolandum est. Neq; ignoro a quibusdam etiologiã legi. quibus priscum exemplar astipulatur. etiologia uero cã dicti sermonisue interpretari põt: ut sit quotiens dicto subiicimus rõnem ut Socrates interrogatus an persarum rex sibi fœlix uideret: respondit se nescire: neq; n. mores eius sibi notos eẽ Verum Aphthonii expositor id chriæ genus αἰτιῶδες nõ etiologian uocat. Deniq; apud græcos nõ memĩ me legisse q aut ethologiæ aut etiologiæ ullã faciat mẽtionẽ. Mimi etiã dicunt ethologi morũ atq; affectuũ cuiusq; personæ effictores Quia initiũ ex rõne ducunt. Pro rõe uidetur legẽdũ eẽ lectione. Quorum omniũ similis est rõ iisdẽ oẽs capitibus tractant hoc est laude: paraphrastico, rõnis assignatione, cõtrario, cõparatiõe, exemplo, ueterum testimonio, breui epilogo, Etiam in ipsorum factis chriam putant loco ipsorum legen

dum esse ipsis facile est uidere. Cætera maioris operis ac spiritus: latini præceptores relinquendo necessaria grammaticis fecerunt. In uetusto exemplari oratores quidem legitur in cõtextu, in margine uero præceptores. Sed neutrũ mihi ꝓbatur. rhetores aũt legẽdũ uidet. grãmatici. n. nõ minus q̃ rhetores præceptores sũt. Reliqua progymnasmata rhetorum propria esse ait. quæ sunt confutatio. confirmatio. laudatio. uituperatio. locus communis. thesis. comparatio. Descriptio. ethopœia. Legislatio. Hæc enim magnorum quoque oratorum ingenia facile possent exercere. Hæc de grãmatica. pulchra utitur transitione Fabius: colligitque oratorem omnium disciplinarum peritum esse debere quarum quidem cognitionem minus mirabitur oratori necessariam esse: qui scierit eandem patriæ propugnatoribus a Platone. agricolis a Columella. Medicis a Galeno. Architectis a uitruuio necessariam affirmari. Vt efficiatur orbis ille doctrinæ quam græci κυκλοπαι δίαν uocant κυκλοπαι δία ad uerbum transfertur circularis doctrina: hoc est omnium artiũ disciplina. Quemadmodũ in data linea constitui triãgula æquis lateribus possint. Data recte: ducta uero corrupte in quibusdam legitur exemplaribus. hoc autem uidetur ex Euclidis elemẽtis sumptum esse. q̃uis illic non linea solum subintelligatur: sed recta finitaque legatur. Sic .n. ibi discribitur. επι τησ ευθειασ δοθησησ πεπερασμενησ τριγωνον ισοπλευρον συστησασθαι. hoc est. In recta data finita triãgulũ æquilaterũ cõstitui. Sed Fabius ea nihil curauit ascribere: quæ facile ab iis: qui geometriæ principiorũ omnino ignari nõ forẽt: subaudiri possent. Sic aũt triangulũ in recta linea data constituitur æquilaterũ.



puto. Cætera maioris operis: ac spiritus latini præceptores reliquendo necessaria grammaticis fecerunt. Græci magis operum suorum & onera & modum norunt.

X. An oratori futuro necessaria sit plurium artiũ scientia.

h Aec de grammatica q̃breuissime potui: nõ ut oĩa dicerem sectatus: quod infinitum erat: sed ut maxime necessaria. nunc de cæteris artibus quibus instituẽdos priusq̃ rhetori tradantur pueros existimo: strictim subiungam: ut efficiatur orbis ille doctrinæ: quã græci κυκλοπαι δίαν uocant. Nam iisdem fere annis aliarum quoq; disciplinarum studia ingredienda sunt: quæ qa ipsæ artes sunt & esse perfectæ sine orandi scientia non possunt: nec rursus ad efficiendũ oratorem satis ualẽt solæ: an sint huic operi necessariæ: quæritur. Nam quid inquiũt ad agendã causam dicẽdam uel sẽtentiam pertinet scire: quẽadmodum in data linea constitui triangula æquis lateribus possint? aut quo melius uel defendet reũ: uel reget consilia: qui cytharæ sonos nominibus & spaciis distinxerit? enumerent fortasse multos q̃libet utiles foro: qui nec geometren audiuerũt: nec musicos: nisi hac cõmuni uoluptate aurium intelligant. Q uibus ego primum hoc repondeo: quod &. M. Cicero scripto ad Brutum libro frequentius testatur: non enim a nobis institui oratorem: q̃ sit aut fuerit: sed imaginem quandam cõcepisse: nos animo perfecti illius ex nulla parte cessantis. Nã sapientẽ formantes: eũ q̃ sit futurus cõsũmatus undiq;: & ut dicunt mortalis quidam deus: non modo cognitiõe cælestium uel mortaliũ putant instituẽdum: sed per quædam parua sane si ipsa demum existimes: ducunt: sicut exquisitas interim ambiguitates: non quia ceratinæ aut crocodilinæ possint facere sapientem. sed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Similiter oratorem qui debet esse sapiens: non geometres faciet aut musicus: quæq; his alia subiungam. Sed hæ quoq; ar

Quæ quia ipsæ artes sunt & esse perfectæ sine orandi scientia non possunt. nec rursus ad efficiendum oratorem satis ualent solæ: an sint huic operi necessariæ: quæritur. Hic quidem locus sine ulla menda esse plerisque uidetur. Mihi uero non ieptus modo: uerum falsus quoque esse hic sensus: nisi corrigatur. Quid enim geometræ musicoue orandi scientia opus est? Profecto hi sine arte oratoria possunt esse perfecti. Sic igitur emendetur ut his ascribatur. & perfecta & potest singulari numero legantur: ut cum scientia congruant hoc modo. Et esse perfecta sine his orandi scientia non potest. Ars enim oratoria citra cognitionem aliarum disciplinarum perfecta esse non potest. Non quia ceratinæ aut crocodilinæ possint facere sapientem. Ambiguitates quædam ideo ceratinæ uocantur quia in illis multa de cornibus mentio habetur. κερατα nanque cornua dicuntur. Quale hoc est. quicquid non amisisti habes. Cornua nõ amisisti. Cornua igitur habes.

Qui uero ceraſtinæ à ceraſte ſerpẽte putãt legẽdũ: ii opinionis ſuæ uiderint rõnẽ. Mihi quidẽ & ceratinæ ſen ſui uidentur conuenire: & ita in antiquo legitur exemplari. Huc accedit quod Diogenes laertius quaſdam argumentationes cornuta ait appellari: quibus cum alii: tum Stoici atq; in primis Chryſippus utebantur: quale eſt & id quod de cornibus dixi: & hec. Qui myſteria prophanis indicat impius eſt. Indicat autem my ſteria prophanis hierophanta. eſt ergo impius hierophanta. Item Qui Megaris eſt: Athenis non eſt. eſt autẽ homo megaris. nõ eſt igitur homo Athenis. Item quod loqueris per os tuum trãſit. Currum autem loque ris. Currus ergo per os tuum tran ſit. de huiuſmodi ambiguitatibus Fabium ſentire facile contẽderim atq; eo magis q; ãbiguitas ad uer ba & orationem nõ ad res ſolet re ferri. Quædã appellant crocodili næ a crocodilo nili bellua peculia ri. fingitur enim crocodilus puer cuiuſdam ruſtici iuxta Nili ripam rapuiſſe: quem patri multis præ cibus ac lachrymis repoſcenti pol licetur crocodilus: ſi uerũ reſpon derit ſe redditurũ. Ruſticus ſe ue rum eſſe dicturum aſſeuerat. Tũ crocodilus. Dic miſer. Redamne ti bi puerum? Subiecit ille Reddes. falſo reſpondiſti inquit Crocodi lus. Non enim reſtituam. Si reſpõ diſſet. Non reddes Pulchre dicis ĩ tulliſſet Crocodilus. Neq; enĩ red dere uolo. Huiuſmodi igit ſophiſ mata decipulæq; ac captiões hinc Crocodilĩæ uocãt. Et muta ani malia mellis illum immutabilem humanæ rationi ſaporẽ uario flo rum ac ſuccorũ genere perficiunt. Inimitabilem in quibuſdam emẽ date legitur exemplaribus.

tes: ut ſit conſumatus: iuuabunt: niſi forte Antidotum quidẽ atq; alia: quæ oculis aut uulneribus medentur ex multis atq; interim contrariis quoq; inter ſe effectibus componi uide mus. Quorũ ex diuerſis fit illa mixtura una: quæ nulli ea rum ſimilis eſt: quibus conſtat: ſed ꝓprias uires ex omnibus ſumit: & muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem uario florum ac ſuccorum genere perfi ciunt: nos miramur ſi oratio: qua nihil præſtantius homini dedit prouidentia: pluribus artibus eget: quæ etiam cum ſe nõ oſtẽdũt ĩ dicẽdo: nec ꝓferũt: uim tamẽ occultã ſuggerũt & tacite quoq; ſentiũtur. fuit aliquis ſine his diſertus. at ego oratorem uolo. non multum adiiciunt: ſed utiq; non erit to tum: cui uel parua deerunt. & optimum quidem hunc eſſe conueniet. Cuius etiam ſi in arduo ſpes eſt: nos tamen præ cipiamus omnia: ut ſaltem plura fiant. Sed cur deficiat ani mus. natura enim perfectum oratorẽ eſſe nõ prohibet: Tur piterq; deſperatur quicquid fieri poteſt.

XI. De muſice & eius laudibus

a Tq; ego uel iudicio ueterũ poteram eſſe cõtentus. Nã quis ignorat muſicen: ut de hac primum loquar: tãtũ illis iam antiquis temporibus non ſtudii modo uerum etiã uenerationis habuiſſe: ut iidẽ muſici & uates & ſapientes iu dicarentur? Mittam alios: Orpheus & Linus: quorũ utrũq; diis genitum: alterum uero ꝙ rudes quoq; atq; agreſtes ani mos admiratione mulceret: non feras modo: ſed ſaxa etiam ſiluaſq; duxiſſe: poſteritatis memoriæ traditũ eſt. Et Timagenes auctor eſt omnium in litteris ſtudiorum ãtiquiſſimã muſicen extitiſſe. Et teſtimonio ſunt clariſſimi poetæ: apud quos inter regalia conuiuia laudes heroum: ac deorum ad citharam canebantur. Iopas ille Virgilii Nonne canit errãtem lunam ſoliſq; labores: & cætera: quibus certe palam cõfirmat auctor eminentiſſimus muſicen: cum diuinarum etiam rerũ cognitiõe eẽ coniunctã. quod ſi datur erit etiam oratori neceſſaria: ſi quidem ut diximus: hæc quoq; pars quæ ab oratoribus relicta a philoſophis eſt occupata: noſtri operis fuit: ac ſine omnium talium ſcientia non põt eẽ perfecta eloquẽtia. Atq; claros noĩe ſapiẽtiæ uiros nemo dubitauerit ſtudioſos muſicæ fuiſſe: cũ Pytagoras atq; eũ ſecuti acceptã ſine dubio ãtiqtus opiõnẽ: uulgauerit mũdũ ipſũ eius rõne eẽ cõpoſitũ: quã poſtea ſit lyra imitata: nec illa mõ cõtẽti diſ

Tquæ ego uel iudicio uete a rum. Atq; citra diphthon gum ut ſit copula ſcriben dum eſt. eleganter autem ut om nia colligit muſicam q̃ maxĩe ora tori eſſe neceſſariam. Vt iidem mu ſici & uates & ſapientes iudicaren tur. Hoc ſtrabo ĩ primo de geogra phia libro multis colligit argumẽ tis. Quorum utrũq; diis geni tum. De his Virgilius in bucolicis Nõ me carminibus uicet nec thra cius orpheus Nec linus. huic ma ter q̃uis atq; huic pater adſit. Or phei calliopea. lino formoſus apol lo. de orpheo uero Horatius ĩ arte poetica. Silueſtres homines ſacer iterpreſq; deorum Cædibus & ui ctu fœdo dterruit orpheus. dictus ob hoc lenire tygres rabidoſq; leo nes. Cum pythagoras atq; eum ſecuti uulgauerũt. Vt coniunctiui modi ſit uulgauerint eſt legẽdum

Quam poſtea ſit lyra imitata. Lyra ad imitationem harmoniæ mundi primum habuit ſeptem

chordas.unde canit poeta Septem discrimina uocum.Terpander octauam.Simonides addidit nonã. Sonum quoq; his motibus dederunt.Singulis planetarũ orbibus singuli attribuũtur soni: de quibus in somnium Scipionis Macrobius diffuse disserit. Nam Plato cum in aliis quibusdam:tum præcipue in Timæo: ne intelligi quidem:nisi ab iis qui hanc quoq; partem disciplinæ diligenter perceperint: potest.Hoc idẽ Hieronymus in Esaiam testatur.Deniq; Timæum inquit de mundi harmonia:astrorũq; cursu & numeris disputantẽ ipse:qui interpretatus est: Tullius se non intelligere profitetur. Exercitus Lacedæmoniorũ musicis accensos modis.Plutarchus in libro de musica inquit οτι τοκαλουμενόν καζορειον μελος μετ᾽ αὐλων ἠδετο παρα τους λάκεδαίμονιοις οπποτε εἰς τοὶς πολεμικους κινδυνους ἐξελθοιεν hoc est Quod uocatur castoreum cãticum cum tibiis canebatur a lacedemoniis cum ad bellica pericula egrederentur. Quorum concentus quantum est uehementior Quanto ut legatur ratio grammatica exigit. Cornua uero ac tubas in legionibus habuisse Romanos significat etiã Ouidius ĩ primo metamorphoseos. Non tuba directi. non eris cornua flexi.& Vegetius q de re militari scribens ita præcipit Habeat præterea legio tubicies & cornicies buccinatores. Tubicẽ ad bellum uocat milites & rursũ receptui canit.Ergo quotiens ad aliquod opus exituri sunt milites soli tubicines canunt.quotiens mouẽda sũt signa:cornicies canũt.Quotiens autem pugnatur & cornices & tubicines canũt. Et eius sectæ principes.De stoicis intelligit: qui philosophorum seueriſſimi sunt habiti.eorũ uero principes fuere Zeno.Cleãthes.Chrysippus. Velut numeri nobis dedisse.Muneri legendum esse constat ut intelligamus dono dedisse. Cũ Sophron ostendit mimorum quidem scriptor.Mimus poema est simile comœdie κατεξοχήν sic appellatum quod potissimum in eo gestus hominum effingerẽtur. Mimorum autem clari scriptores apud græcos Sophron & Philistio:apud latinos Laberius & Publius Syrus: quorum carmina quædam cognita pulchra refert Machobrius ĩ Saturnaliũ secũdo. Et Maricas q est hyperbolus.De hypbolo Cicero ĩ bruto memĩt deglaucia loq̃ns.Homo simillimus ĩqt Atheniẽsis hyperboli:cuius ĩprobitatẽ ueteres attico; comœdiæ notauerũt.Est ergo nomẽ ꝓpriũ nõ a loco deriuatũ ut q̃dẽ putãt. Aristophanes quoq; nõ uno libro sic ĩstitui pueros ãtiqtus solitus eẽ demõstrat.Solitos legẽdũ eẽ aptius ẽ quã ut sit admonẽdũ.Aristophanes aũt multo plures scripsit comædias q̃ extẽt. Et apud menãdrũ ĩ hypolimæo.Syllaba ẽ ascribẽda ut hypobolimæo legatur.Dicitur autẽ hypobolimæos subditicius.Est enim comœdiæ nomẽ:cuius argumentum est Filius subditicius.Menandri uero comœdiæ non extant. Se psaltris & geometris multa dicit

similiũ cõcordia:quã uocant harmoniam:sonum quoq; his motibus dederunt.Nã Plato cũ in aliis quibusdã:cum præcipue ĩ timæo: ne intelligi quidem nisi ab iis qui hanc quoq; partem disciplinæ diligenter perceperint põt.Quid de phis loquor? quorum fons ipse Socrates iam senex istitui lyra non erubescebat? duces maximos & fidibus & tibiis cecinisse traditũ est.exercitus lacedæmoniorum musicis accẽ sos modis.Quid aũt aliud in nostris legionibus cornua ac tubæ faciunt:quorum cõcentus:quãto ẽ uehemẽtior: tãtũ romana in bellis gloria cæteris præstat? Non igitur frustra Plato ciuili uiro:quẽ πολιτικον uocant necessariam musicẽ credidit.& eius sectæ:quæ aliis seueriſſima: aliis asprima uidetur principes in hac fuere sentẽtia :ut existimarẽt sapiẽtum aliquos non nullam opam his studiis accomodaturos Et Lycurgus duriſſimaq; lacedæmõiis legũ auctor musices disciplinam probauit.atq; eam natura ipsa uidetur ad tolerandos facilius labores:uelut muneri nobis dedisse. Siquidẽ & remigẽ cantus hortatur:nec solum ĩ his opibus:in quibus plurium conatus:præeũte aliqua iucunda uoce conspirat:sed etiam singulorum fatigatio qualibet se rudi modulatione solatur.Laudem adhuc dicere artis pulcherimæ uideor:nondum tamen eam oratori coniungere.Trãseamus igitur id quoq; quod grammatice quondam ac musice iunctæ fuerunt.Siquidem Architas atq; Aristoxenus etiã subiectam grammaticen musicæ putauerũt:& eosdem utriusq; rei præceptores fuisse:cũ Sophron ostendit mimorũ quidem scriptor.Sed quem Plato adeo probauit:ut suppositos capiti libros eius:cum moreretur:habuisse tradatur:tũ Eupolis apud quem prodamus & musicen & litteras docet. Et Maricas:qui est hyperbolus:nihil se ex musicis scire:nisi litteras confitetur.Aristophanes quoq; non uno libro sic instituti pueros antiquitus solitos eẽ demonstrat.Et apud Menãdrum in hipobolimæo senex qui reposcenti filium patri uelut rationem impendiorum:quæ in educatione contulerat opponens se psaltis & geometris multa dicit dedisse. Vnde

Solitos legẽdũ eẽ aptius ẽ quã ut sit admonẽdũ.Aristophanes aũt multo plures scripsit comædias q̃ extẽt. Et apud menãdrũ ĩ hypolimæo.Syllaba ẽ ascribẽda ut hypobolimæo legatur.Dicitur autẽ hypobolimæos subditicius.Est enim comœdiæ nomẽ:cuius argumentum est Filius subditicius.Menandri uero comœdiæ non extant. Se psaltris & geometris multa dicit

dediſſe Pſaltis r littera expuncta legendum eſt. Pſaltes enim dicitur cantor ἀπὸ τοῦ ψάλλειν hoc eſt a canendo. Vnde fœmininum pſaltria dicitur fidicina. Vt uerbis Ciceronis utar. In primo Tuſculanarū quæſtionum libro hoc Cicero commemorat. Numerus muſice habet duplices. Numeros legendū eſſe ne admonendi quidem ſumus. Non ſolum autem oportet flectere uocem: ſed etiam corporis geſtu cantum commendare. Vocis rationem Ariſtoxenus muſicus diuidit in ῥυθμοῦ & μέλος & μέτρου. ῥυθμὸς numerus latine dicitur ut illud Horatii Numeriſque fertur lege ſolutis. μέλος dicitur modulatio. Metron menſura interpretatur. De his. A. Gellius libro decimoſexto ſic inquit. Longior mēſura uocis rhythmos dicit altior melos. & alia ſpecies μέτρου quæ appellatur: per quam ſyllabarum longarum & breuium & mediocrium iunctura ac modulus cōgruens cum principiis geometriæ: aurium menſura examinatur. Boethius quoq; in primo de muſica libro hac eadē utitur diuiſione. Tria igitur genera ſunt inquit: quæ circa artem muſicam uerſantur. unū genus eſt quod inſtrumentis agit. Aliud fingit carmina. Tertiū quod inſtrumentorum opus carminaque diiudicat. Hinc uero colligitur eos errare qui μέλος ἐμμέτρου legunt: cum & μέτρου legendum ſit. Quorum alterum modulatione: canore alterum ac ſonis conſtat. Num igitur hæc omnia oratori neceſſaria? quorum unum ad geſtum: alterum ad collocationem uerborum: tertium ad flexus uocis: qui ſunt in agēdo quoq; plurimi pertinet? niſi forte in carminibus tantū & in canticis exigitur ſtructura quædam: & in offēſa copulatio uocum: & in agēdo ſuperuacua eſt. aut non compoſitio & ſonus in oratione quoq; uarie ꝑ rerum modo adhibetur: ſicut ī muſice. Nanq; & uoce & modulatione grandia elate: iucunda dulciter: moderata leniter canit: totaq; arte cōſentit: cum eorum quæ dicuntur affectibus. Atqui in orando quoq; ītēſio uocis. remiſſio. flexus pertinet ad mouēdos audiētium affectus. Aliaq; & collocationis & uocis: ut eodē utar uerbo: modulatione cōcitationē iudicum. alia miſericordiam petimus: cum etiam organis: quibus ſermo exprimi non pōt: affici animos ī diuerſum habitum ſentiamus. Corporis quoq; decens & aptus motus q̄ dicitur εὐρυθμία ē neceſſarius: nec aliunde peti pōt: in quo pars actiōis non minima conſiſtit: qua de re ſepoſitus nobis ē locus. age ſi habebit in primis curam uocis orator: quid tā muſices propriū? Sed ne hæc quidē præſumēda pars ē: ut uno interim contēti ſimus exēplo. C. Gracchi præcipui ſuorum temporum oratoris: cui cōcionāti conſiſtens poſt eum muſicus phyſtula: quam tonarion uocāt: modos quibus deberet intendi miniſtrabat. Hæc ei cura inter turbidiſſimas actiones uel terrenti optimates: uel iam timenti fuit. Libet propter quoſdam imperitiores etiam craſſiore: ut uocant: muſa dubitationē huius utilitatis eximere. nā poetas certe etiam ille mos ut in conuiuiis poſt cœnam circūferretur lyra cuius cum ſe imperitum Themiſtocles cōfeſſus eſſet: ut uerbis Ciceronis utar: habitus ē indoctior. Sed ueterū quoq; romanorum epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Verſus quoq; ſaliorum habent carmen. Quæ cū omnia ſint a Numa rege inſtituta: faciūt manifeſtū: ne illis quidē qui rudes ac bellicoſi uidentur: curam muſices: quantam illa recipiebat ætas defuiſſe. Deniq; ī prouerbium uſq; græcorum celebratum eſt: idoctos a muſis atq; gratiis abeſſe. Verum quid ex ea ꝑprie petat futurus orator diſſeramus. Numeros muſice habet duplices: in uocibus & in corpore. utriuſq; enim rei aptus quidā modus deſideratur. uocis rationē Ariſtoxenus muſicus diuidit ī ῥυθμοῦ & μέλος & μέτρου quoq; alterū modulatione: canore alterum ac ſonis conſtat. Num igitur hæc omnia oratori neceſſaria? quorum unum ad geſtum: alterum ad collocationem uerborum: tertium ad flexus uocis: qui ſunt in agēdo quoq; plurimi pertinet? niſi forte in carminibus tantū & in canticis exigitur ſtructura quædam: & in offēſa copulatio uocum: & in agēdo ſuperuacua eſt. aut non compoſitio & ſonus in oratione quoq; uarie ꝑ rerum modo adhibetur: ſicut ī muſice. Nanq; & uoce & modulatione grandia elate: iucunda dulciter: moderata leniter canit: totaq; arte cōſentit: cum eorum quæ dicuntur affectibus. Atqui in orando quoq; ītēſio uocis. remiſſio. flexus pertinet ad mouēdos audiētium affectus. Aliaq; & collocationis & uocis: ut eodē utar uerbo: modulatione cōcitationē iudicum. alia miſericordiam petimus: cum etiam organis: quibus ſermo exprimi non pōt: affici animos ī diuerſum habitum ſentiamus. Corporis quoq; decens & aptus motus q̄ dicitur εὐρυθμία ē neceſſarius: nec aliunde peti pōt: in quo pars actiōis non minima conſiſtit: qua de re ſepoſitus nobis ē locus. age ſi habebit in primis curam uocis orator: quid tā muſices propriū? Sed ne hæc quidē præſumēda pars ē: ut uno interim contēti ſimus exēplo. C. Gracchi præcipui ſuorum temporum oratoris: cui cōcionāti conſiſtens poſt eum muſicus phyſtula: quam tonarion uocāt: modos quibus deberet intendi miniſtrabat. Hæc ei cura inter turbidiſſimas actiones uel terrenti optimates: uel iam timenti fuit. Libet propter quoſdam imperitiores etiam craſſiore: ut uocant: muſa dubitationē huius utilitatis eximere. nā poetas certe

ra interpretatur. De his. A. Gellius libro decimoſexto ſic inquit. Longior mēſura uocis rhythmos dicit altior melos. & alia ſpecies μέτρου quæ appellatur: per quam ſyllabarum longarum & breuium & mediocrium iunctura ac modulus cōgruens cum principiis geometriæ: aurium menſura examinatur. Boethius quoq; in primo de muſica libro hac eadē utitur diuiſione. Tria igitur genera ſunt inquit: quæ circa artem muſicam uerſantur. unū genus eſt quod inſtrumentis agit. Aliud fingit carmina. Tertiū quod inſtrumentorum opus carminaque diiudicat. Hinc uero colligitur eos errare qui μέλος ἐμμέτρου legunt: cum & μέτρου legendum ſit. Quorum alterum modulatione: canore alterum ac ſonis conſtat. Num igitur hæc omnia oratori neceſſaria Niſi emendetur hic ſenſus: uidebitur Fabius negare: quod affirmare contendit. Interrogatio nanque affirmatiua in negationem ſolui ſolet. Quare non negādi aduerbium aſcribatur: ſicque legatur. q̄uis exemplaria omnia preter uetuſtum refragentur. Non igitur hæc omnia oratori neceſſaria? ſignificat enim maxime neceſſaria eſſe. Affici animos in diuerſum habitum ſententiamus Ten ſyllaba ex ultimo uerbo eradatur: ne tabellionum barbariei apud quos uerbum iſtud eſt frequentiſſimum aſtipulari Fabius uideatur. Corporis quoque decens & aptus motus: qui dicitur εὐρυθμία eſt neceſſarius. nec aliunde peti poteſt. In quo pars actionis non minima conſiſtit. Pronunciatio: quam eandem Fabius uocat actionem: in uocem diſtribuitur & geſtum. de hac in undecimo uolumine plene præcipitur. Sed ne hæc quidem præſumēda pars eſt. hoc eſt deguſtanda. ſed tota percipienda. Quam tonarion uocāt. Phyſtula tonarios a tono eſt deriuata. Huius autem rei & Valerius in octauo. & Cicero meminit

in tertio de oratore. Hæc ei cura. In uetusto exẽplari & copula est ascripta. hoc modo. Hæc ei & cura. At siquis tam cæcus animi est ut de aliis dubitet illos certe ad lyram carmina composuerũt. Hic locus ita est depravatus ut oratio ne congrua quidem uideat'. Nec me quicquam in hoc uetus exemplar iuuit. Non modo autem qui relatiuum est ascribendum: uerum alia quoque deesse uidentur. Significat uero lyricorum opera citra musicen recte concinneque non posse legi: quod quidem ita uerum est: ut pauci admodum sint: qui numeros Horatianis Pyndaricisque carminibus congruentes accommodare sciant. Cum uero antiquitus usque a Chirone atque Achille usq; ad nostra tẽpora. Primũ usq; eradendum uidetur. Sensui. n. satis est secundũ. Achilles autem musicam quoq; a chirone nutricio doctus fuit. Excidit. eripuit. Penultima autem huiusmodi uerbi apice notanda est. cũ sit longa. ne excidit eadem correpta legatur: quod lõge diuersũ ab eo significat. est aũt sumpta translatatio ab iis qui castrant': qui excidi propriæ dicuntur. Nã psaltria & spadicas etiã uirginibus probis recusãda. sed cognitionem rationis: quæ ad mouendos lenien dosque affectus plurimum ualent. Hic quoq; locus ita mendis scatet ut & castigatu difficillimus sit: & quid uelit sibi Fabius minime percipiatur. In uetusto quidem exemplari psalteria legitur emẽdate. Cætera uero ut in aliis corrupte. Fortasse autem sic emendaretur: si loco nam legatur Hæc. & Sambuca non spadicas. & secũdum loco sed particulæ quæ relatiuo in locũ suũ trãslato. hoc modo. Hæc psalteria & sambuca etiam uirginibus probis recusanda: quæ secundũ cognitionem rationis ad mouendos leniendosq; affectus plurimũ ualent Hinc quidem aliquis elicitur sensus: sed qui mihi plene non satisfacit. Nam Sambuca ut psalteriũ instrumẽtum est musicum. Sambuca enim species est cytharæ triangularis: ad quam prisci iambos canebant. Eius primus inuẽtor Ibycus fuisse memoratur. Sambyces uero ut inquit Polybius: machinæ sunt obsidionales. Spadicas autem prius sensui repugnat. Nã spadica ut in secundo inquit gellius græci uocãt auulsum e palma termitem cũ fructu & phœniceum colorem ut idem in tertio. Nos sicuti dixi phœniceum. græci φοινικᾶ alii σπάδικᾶ appellant: quoniam palmæ termes ex arbore cum fructu auulsus spadix dicitur. Nam Pythagoram accepimus. Idem narrat Boetius in prohœmio de musica. Qui sacrificanti phrygium cecinerat. Phrygios modos qui a Marsia Phrygio inuenti fuisse dicuntur: ut lydii ab Amphione. Dorii a Thamyra Thrace. In geometria partem fatentur esse utilẽ. Geometria terræ mẽsura iterpretat'. Eius uero iuẽtores primi ægyptii dicũt' fuisse. Cũ. n. nilus sua inũdatõe singulis fere annis terminos agroꝝ cõfunderet coacti sunt mensuræ rõnẽ adhibere. A græcis uero cũ aliis tũ Euclide ita est ampliata: ut ab ipso pfecta fuisse iudicet'. Cõtinet aũt arithmeticã simul & astrologiã: ut aperte Fabius ipse ostẽdit. Geometriã uero eẽ necessariã oratori multis rõibus cõprobat'. Quæ uero subiiciũt' exẽpla peritis quidẽ geometriæ perceptu facillima uident'. Imperitis uero ita difficilia: ut ne quidẽ pluribus uerbis exposita percipi possint. Qui ergo hoc caput pfecte itelligere cupit: geometriæ incũbat. Sane. Sed pdesse legẽdos oratori futuro concesserint. Num igitur hi sine musice? at siquis tam cæcus animi ẽ: ut de aliis dubitet: illos certe qui carmina ad lyram composuerunt. Hæc diutius forẽt dicenda: si hoc studium uelut nouum præciperem. Cum uero antiquitus a Chirone: atq; Achille usq; ad nostra tempora apud omnes: qui modo legitimam disciplinam non sint perosi: durauerit: non est commitendum: ut illa dubia faciã defensionis sollicitudine. Quanuis autem satis iam ex ipsis quibus sum modo usus exemplis: credã esse manifestum: quæ mihi & quatenus musice placeat: apertius tamen profitẽdum puto: non hanc a me præcipi: quæ nunc in scænis effœminata: & impudicis modis fracta: nõ ex parte minima: siquid in nobis uirilis roboris manebat excidit. Sed qua laudes fortium canebantur quaq; & ipsi fortes canebant. Nam psalteria & spadicas etiam uirginibus probis recusanda: sed cognitionem rationis: quæ ad monendos lemendosq; affectus: plurimum ualẽt. Nam & Pythagorã accepimus cõcitatos ad uĩ pudicæ domui afferendam iuuenes iussa mutare ĩ spondeum modos tibicina composuisse. Et Chrysippus etiam nutricum: quæ adhibẽtur infantibus: allectationi suum quoddam carmen assignat. Est etiam nõ ĩerudite ad declamandum ficta materia: in qua ponitur tibicẽ qui sacrificanti phrygium cecinerat: acto illo ĩ ĩsaniam: & per præcipitia delato accusari: quod cã mortis extiterit: quæ si dici debẽt ab oratore: nec dici citra sciam musices possũt: quomõ nõ hãc quoq; artẽ necessariam esse operi nostro uel iniq; consẽtiẽt'.

XII. Commodam geometriam oratori.

IN geometria partem fatentur esse utilem teneris ætatibus. agitari nãq; animos atq; acui ingenia & celeritatem percipiendi uenire ĩde concedũt: sed prodesse eam: nõ ut cæteras artes: cum præceptæ sint: sed cum discatur existimant. Id uulgaris opinio ẽ. nec sine cã sũmi uiri etiã ĩpensã

eam non ut cæteras artes.cum præceptæ sint:sed cum discant. Perceptæ ut intelligatur cognitæ & discatur n littera erasa legendū est. Quidam enim geometriæ disciplina concedunt puerog; ingenia acui:cum discit Sed eam posteaq; percepta sit:nihil homini conferre aiunt.Hanc uero uulgarem esse opinionē Fabius asserit eamq; summog; uirog; auctoritate primum:deinde ratione confutat.Notanda est autem loquendi elegantia.Quod enim alii dicerent ea uulgaris opinio est:a Fabio elegantius dicitur id uulgaris opinio est. Iam cū sit geometria diuisa in numeros atq; formas.Loco illius particulæ iam:cū exponat fabius summos uiros nō sine causa geometriæ operā dedisse:nam uidetur esse legēdum. Iam enim ad coniūctionem modo sensuum utimur.Nam uero etiā causam assignat. Ea uero pars geometriæ quæ de numeris tractat arithmetica dicit.Quæ uero de formis ppriegeometria. Sed si digitog; saltem incerto aut indecoro gestu a computatione dissentit:iudicatur indoctus.Hoc ex priscog; cōsuetudine computandi sumptum esse uidetur.Nam singuli digitog; articuli apud ueteres singulos numeros significabāt:quam quidem rationē multi etiam num in computando sequunt. Deniq; pbationū quæ sūt potētissimæ:græce apodixis uulgo dicunt.ἀποδειξεισ trāsfert demonstratio:qđ genus argumētationis philosophog; est proprīū ut plane in posterioribus analyticis probat Aristoteles. Est autē pluralis noīatiuus ἀποδειξεισ sed græcus.Hic autē sensus integer hactenus fuit iudicatus:sed mihi sine mēda minime esse uidetur.Quid enim ad propositum facit:si probationum potētissimæ uulgo apodixis græce dicuntur? Profecto nihil cum nos nō hortetur hoc loco Fabius:ut græcis litteris incūbamus Quare non græce:sed γραμμικαι hoc est lineares legendū esse uel repugnantibus exemplaribus asserere non dubitarim. Atq; eo magis: quod Fabius ipse alibi huic nostræ correctioni astipulatur.Nā in quinto huius operis uolumīe ubi de argumentis tractat:sic apodixin definit.Apodixis est euidens probatio Ideoq; apud geometras γραμμικαι ἀποδειξεισ dicuntur. Si ergo potentissimæ probationum dicuntur γραμμικαι ἀποδειξεισ: hoc est lineares demonstrationes: de quibus sola geometria tractat:oratori danda est opera geometriæ:cū oratio nihil aliud q̄ probationem petat.grammicæ autem ἀπο τησ γραμμησ hoc est a linea dicūtur. Lineæ uero puncta & supficies geometriæ elemēta esse cōstat. Quas pseudographias uocāt.Pseudographiæ falsæ ītērptāt descriptiōes:qbus ētnū pueri arithmeticā discētes ludere solent. Pars sit necesse ē.Par lra s expūcta legat.ut ad spaciū referat.

huic scientiæ operam dederunt.Iam cum sit geometria diuisa in numeros atq; formas:numerorum quidem notitia nō oratori modo:sed cuicunq; primis saltem litteris erudito necessaria est.in causis uero uel frequentissime uersari solet:in quibus actor:non dico si circa summas trepidat:sed si digitorum saltem incerto aut indecoro gestu a computatione dissentit:iudicatur īdoctus. Illa uero linearis ratio:& ipsa quidem cadit frequenter in causas:si de terminis mensurisq; sūt lites.Sed habet maiorem quādam aliam cum arte oratoria cognationem.Iam primū ordo est geometriæ necessarius. nōne & eloquentiæ? Ex prioribus geometria probat ī sequētia:& certis ī certa:nōne id ī dicēdo facimus? Quid illa propositarum quæstionum conclusio:non tota fere cōstat syllogismis? propter quod plures inuenies:qui dialecticæ similē q̄ qui rhetoricæ fateantur hanc artem. Verum & orator etiam si raro non tamen nunq̄ probabit dialetice.Nam & syllogismis si res poscet utetur:& certe enthymemate:qui rhetoricus est syllogismus. Deniq; probationū quæ sunt potentissimæ grace apodixis uulgo dicūtur: Quid autem magis oratio q̄ probationem petit? falsa quoq; uerisimilia geometria ratione deprehendit.Fit hoc & numeris per quasdā quas pseudographias uocant:quibus pueri ludere solebamus.sed alia maiora sunt.Nam quis non ita proponenti credat? quorum locorum extremæ lineæ eandem mensuram colligūt:eorum spatium quoq; quod iis lineis cōtinetur:par sit necesse ē.at id falsum ē.Nā primū refert cuius sit formæ ille circuitus:reprehensiq; ab geometris sunt historici:q magnitudinem insularum satis significari nauigationis ambitu crediderunt.Nam ut quæq; forma perfectissima:ita capacissima.Ideoq; illa circūcurrēs linea:si efficiet orbē: quæ forma est in planis maxime perfecta:amplius spacium cōplectetur:q̄ si quadratum paribus oris efficiat.rursus quadrata triangulis.triāgula ipsa plus æquis lateribus q̄ iæqualibus. sed alia forsitan obscuriora. Nos facillimum & imperitis sequamur expimētū.Iugeri mēsurā ducētos & quadragīta lōgitudinis pedes eē:dimidioq; in latitudine patere:nō fere q̄q̄ est q̄ ignoret:& q̄ sit circuitus:& quātū cāpi claudat

Quod nero inquit Fabius id falsum esse certum est. Nam id spacii: quod a linea in orbem ducta comprehenditur: amplius est: q̄ quod ab eadem linea in quatuor latera diuisa cōplectitur. Hoc enim spatiū. quod a figura orbiculari continetur: maius est q̄ hoc quod a quadrato designatur. Triangula quoque minus spatii q̄ quadrata compræhendunt: atque adhuc minus quæ iæqualibus lineis constant. hoc enim triangulum. hoc uero triangulo. inæqualibus lineis quadrato descripto plus spacii comprehendit. Iugeri mensura duCentos & quadraginta







Quanuis hoc exēplū facillimum uideatur: descriptione tamē apposita facilius percipietur. Ea est huiusmodi.



colligere expeditum: At centeni & octogeni in quanq; partem pedes idem spacium exterminant. Sed multo magis diuisæ quatuor lineis areæ faciūt. Id si computare quem piget breuioribus numeris idem discat. nam deni in quadram pedes quadraginta per oram. intra cētum erunt. At si quini deni per latera: quini in fronte sint ex illo quod amplectuntur quartam partem deducent eodem circūductu. Si uero porrecti utrinque undeuiceni singulis distent: non plures intus quadratos habebunt q̄ per quot lōgitudo ducetur. quæ circūibit aūt linea eiusdem spatii erit: cuius ea quæ centum cōtinet. Ita quicquid formæ quadrati detraxeris amplitudini quoque ꝑibit. ergo & id fieri pōt: ut maiore circuitu minor loci amplitudo claudatur. hoc in planis: nam in collibus ual libusq; ēt ip̄ito patet plus soli esse q̄ cæli. quid? q̄ se eadem

Iugerum autem uocabatur ut scribit Plinius in decimo octauo naturalis historiæ. quod uno iugo boum in die exarari potuisset. Actus in quo boues agerent cum aratro uno impetu iusto. Hic erat cētum uiginti pedum. duplicatusq; in lōgitudinem iugerum faciebat. Dona amplissima imperatorūac fortium ciuium quantum quis uno die plurimum circumarauisset.

At centeni & octogeni in quanque partem pedes idem spacium extremitatis. Loco extremitatis in quibusdam exēplaribus extermi/nant recte legitur. hoc est determinant ac designant. Quomodo autem tantūdē spatii designet cētū & octoginta pedibus in quanq; partē subiecta apte ostēdit descriptione.

Sed multo magis diuisæ q̄tuor lineis areæ faciunt. Pro illo magis fortasse maius legendum est ut ad spacium possit referri. Areæ uero quatuor lineis ita possuut distīgui ut subiecta mōstratur descriptiōe.

Nam deni in quadrā pedes: quadraginta per oram: intra centum. Hoc quidē facile est computatu: sed adhuc facilius redditur hac descriptione.

At si quini deni. Hoc quoque tali descriptione demonstratur.

Si uero porrecti utrinque. unde uiceni singulis distent Vndeuiceni decem & nouem dicuntur. Huius autē descriptio talis est. At si quini deni per latera: qui in fronte sint Ex illo amplectūtur: quartam partem deducent eodem circūductu. Quod relatiuum sensus integritas exposcit. Ascribatur ergo: ut legat ex illo quod amplectunt. Quid



quod se eadem geometria tollit ad rationem usque mundi? Periphrasis est astrologiæ: quæ geo/

metriæ ſubiicitur. Mathematicæ.n. quatuor cõiũctæ ſunt atq; colligatæ. omnium uero geometria eſt fundamentum. An uero cum Pericles athenienſes ſolis obſcuratione territos milites reditis eius rei cauſis metu liberauit. Pericles ut in eius uita narrat Plutarchus centum ac quinquaginta nauibus paratis ac inſtructis: cum ſuam iam triremem conſcendiſſet: ecce ſolis defectio ĩcidit: Inductiſq; tenebris attoniti oẽs ueluti magno quodam ac tetro prodigio animis conciderunt. Cum igitur gubernatorem quoq; perterritum atq; animi dubium intueretur Pericles: ſublatam ad eius faciem oppoſuit chlamydem. Velatiſque oculis rogauit: nunquid horrendum eius rei ſignum putaret. Abnuente illo: Quid igit̃ intereſt inquit: aut quid diſtat hoc ab illo: niſi quod maius quiddam eſt chlamyde id: quod nũc tenebras agit? Aut ſulpitius ille gallus. De hoc ſulpitio ſic Cicero in Bruto meminit. C. Sulpitius gallus q̃ maxime omnium nobilium græcis litteris ſtuduit. Iſq; oratorum in numero eſt habitus: & fuit reliquis rebus ornatus atq; elegãs. Hæc Cicero de gallo. Is cũ in exercitu. L. Pauli bellum contra Perſen Macedoniæ regẽ gerentis eſſet: Luna quadam nocte defecit: qua re cũ maxime militum animi forẽt perturbati: oſtone galli Sulpicii ab imperatore in concionẽ producti fuere confirmati. Tantus uero Macedonas timor ĩuaſit: ut poſtero die collatis ſignis Perſes rex uiuus caperetur. Id uero etiam ex uerbis Plynii colligitur. Sic enim in ſecundo innuit. Et rationem quidem defectus utriuſque primus Romani generis ĩ uulgus extulit Sulpitius gallus: q cõſul cũ. M. Marcello fuit. Sed cũ tribunus militũ ſollicitudine exercitu liberato pridie q̃ Perſes rex ſupatus a Paulo eſt: in cõcionẽ ab ipera/tore ꝓductus ad præcinẽdã ecclipſin mox & cõpoſito uolumine. Quod ſi Nicias in Sicilia ſciſſet nõ eodẽ confuſus metu pulcherrimum Athenienſium exercitum non perduxiſſet. Perdidiſſet ut legatur uerus ſenſus exigit. Hoc uero Thucidides in ſeptimo narrat. Quare illum legat qui plene hanc hiſtoriã cognoſcere cupit. Nicias enim a ſyracuſanis repulſus cum in eo eſſet: ut e portu ipſorum claſſem deduceret: luna defecit: quod quidem ipſe tanq̃ ominoſum accipiens profectionem in aliud diſtulit tempus. Syracuſani uero portus anguſtias occludentes pulcherrimam Athenienſium claſſem ĩcenderũt. De hoc etiam Plynius in ſecundo naturalis hiſtoriæ libro mentionem facit. Quo pauore inquit ignarus cauſæ Nicias Athenienſium imperator ueritus claſſem portu educere opes eorum afflixit Sicut Dion non eſt tali caſus deteritus. Caſu. s. littera eraſa legatur. Dion autem ſyracuſanus ciuis fuit utriq; Dyoniſio admodum familiaris: qui cum a iuniore Dionyſio Syracuſis foret eiectus corinthum confugit: ibiq; exercitu comparato non tam ſuis copiis q̃ tyranni odio fretus in Siciliam reuerſus eſt: ac tertio die poſtq̃ inſulã attigit: Syracuſas introiuit. Demum autem fraude cuiuſdam callicratis qui cum eo ex peloponeſo uenerat interfectus eſt. Cum autem pridie q̃ Syracuſas intraret luna defeciſſet nihil ipſe territus eam defectionem malum tyrãno portendere militibus perſuaſit. Sint extra licet uſus bellici. Quid ſibi uelit hoc loco Fabius mihi parum liquet ſi extra legat̃. Neque.n. aut ſenſui aut orationi congruit. Quod quidem a quoq; profeſſorum hactenus non eſſe animaduerſum ſane q̃ miror: cum & flagitium grande ſit librariorum imperitia admiſſum qui illud extra tribus litteris ſcriptum ita ut a uocalis x litteræ ſuper poneretur repiẽtes putauerũt extra ſignificare exempla cum etiã num a notariis ſic ſcribantur. Quare non extra: ſed exempla integritas ſenſus expoſcit. Itaq; etiam refragantibus omnibus quæ quidem ego uiderim exemplaribus legendum é. Tranſeamuſq; quod Archimedes De Archimede clariſſimo mathematico & Liuius ĩ ſecũdo bello punico & plutarchus in uita Marcelli multa narrant: Vnius enim Archimedis induſtria Syracuſæ diutius Marcello reſtiterunt. Quibus difficilior alia ratione explicatione ut de ratione diuidendi. de ſectione in infinitum. de celeritate augendi: linearibus iſis probationibus ſolui ſolere. Pro quibus niſi quarum legatur & pro explicatione explicatio eſt: ſenſus minus pcipietur. Huiuſmodi autem quæſtiones ab iis potiſſimum tractãtur qui nũc calculatores uocantur. Diuidẽdi quoq; legẽdũ eſt nõ uidẽdi ut gdã ad opticẽ: quæ pſpectiua dr̃ referẽtes. lineares aũt ꝓbationes eas

geometria tollit ad rõnem uſq; mundi: in qua cum ſiderum certos conſtitutoſq; curſus numeris docet: diſcimus nihil eſſe inordiatũ atq; fortuitum: quod ipſũ nõnunq̃ ptinere ad oratorem poteſt. An uero cum pericles athenienſes ſolis obſcuratione territos: redditis eius rei cauſis metu liberauit. Aut cum Sulpicius ille gallus in exercitu. L. Pauli de lunæ defectione diſſeruit: ne uelut prodigio diuinitus facto militum animi terrerẽtur: non uidetur eſſe uſus oratoris officio Quod ſi Nitias ĩ ſicilia ſciſſet nõ eodẽ couſuſus metu pulcherrimum athenienſium exercitũ pdidiſſet: Sicut Dion cũ ad deſtruendam Dioniſii tyrãnidem uenit: nõ ẽ tali caſu deterritus. Sit extra licet uſus bellici: trãſeamuſq; q; Archimedes unus obſidionẽ Syracuſan; ĩ lõgius traxit. Illud utiq; iã ꝓpriũ ad efficiẽdũ: qd̃ itẽdimus plurias qõnes qbus difficili or alia rõne explicatõe: ut de rõne diuidẽdi: de ſectione in ĩfinitum. de celeritate augẽdi linearibus illis probationibus ſolui ſolere: ut ſi eſt oratori: qd̃ ꝓxius demõſtrabit liber. De omnibus rebus dicendum nullo modo ſine geometria eſſe poſſit orator. De prima pronũtiatione & geſtus iſtitutione.

Fabius uocat: quas pauloante grāmicas apodixis appellauit.

Dādū aliquid comœdo quoque. Comœdi iterim actores comœdiarū dicuntur. interim qui docent & gestum & uocē uniuscuiusque imitari. Ad hos igit̄ pueros eē mittēdos p̄cipit Fabius & ad decoros gestus p̄ciendos & ad corrigendā uocē atq; commendandam: non ut mimi histrioneſque efficiātur.

Ne gustus quidē oīs ac motus a comœdiis petendus est. Gestus ac comœdis i altera erasa legendum esse facile est uidere. Nec excursionibus nimiis. Pro nimiis sensui nimius magis cōuenire uidet̄. Ne puero illas quidē circa s litteram delicias hic magister feret. Multi non solum pueri sed etiam uiri in s littera pronuncianda spiritum nimium producunt: ut sibillare uideantur. Et cum .c. at similiter g non ualuerunt. Ac legatur non at: quæ cum sit aduersatiua sensui non conuenit Nec oris inanitatem resonare. m. littera expuncta inanitate uidet̄ legendū. Quod græci κατατεπλασμενον dicunt κατατεπλασμειν obstruere sīgificat atq; opturare. ūde κατατεπλάσμενον obstrusū dicitur atque obturatum. Hoc autem uitio & plerisq; transalpinorum natura. & insulsi quidam laborāt de īdustria si quā do latinam pronunciant orationem. Altero pene oculis ipse premeretur. Oculus pro oculis legendum esse ne admonendum quidem est. Ne illos quidem reprehenderi qui palæstricis paulum etiam uacauerīt. palæstrici a palæstra quæ latine lucta dicitur: sunt denominati. Dupliciter autem accipiuntur: ut subiicit Fabius. modo. n. pro athletis ipsis & luctatoribus qui etiā palæstritæ dicuntur. modo pro iis a quibus motus corporis formant̄ corporaque ipsa exercentur accipi consueuerunt: quales nunc uidentur esse: qui saltare docent

Cum præsertim hæc chironomia: quæ est ut nomine ipso declaratur lex gestus. chironomia ad uerbum transfertur lex Dandum aliquid comœdo quoq; eatenus: qua p̄nunciādi sciētia futurus orator desiderat. Non enim puerum quem in hoc īstituimus: aut fœmineæ uocis exilitate frangi uolo: aut seniliter tremere. nec uitia ebrietatis effingat. nec seruili uernilitate ībuatur. nec amoris. auaritiæ. metus discat affectū. Quæ neq; oratori sunt necessaria: & mentem præcipue ī ætate prima tenerā. adhuc & rudem inficiunt. Nam frequens imitatio transit ī mores. ne gustus quidem omnis ac motus a comœdiis petendus ē. q̄q̄ enim utrūq; eorum ad quendam modum præstare debet orator: plurimū tamē aberit a scænico: nec uultu: nec manu: nec excursionibus nimiis. Nam siqua ī his ars est dicētium: ea prima est ne ars eē uideatur. Quod ē igitur huius doctoris officium? In primis uitia siqua sūt oris: emendet. ut expressa sint uerba. ut suis quæq; litteræ sonis enunciētur. Quarundam enī uel exilitate uel pinguitudine nimia laboramus. quasdam uelut acriores parū efficimus: & aliis nō dissimilibus: sed quasi hebetioribus p̄mutamus. Quippe. Rho. litteræ qua Demosthenes quoq; laborauit labda succedit: quarū uis ē apud nos quoq;. & cū .c. ac similiter. g. non ualuerunt: in. t. ac. d. moliunt̄. ne puero quidem illas circa. s. litteram delicias hic magister feret: nec uerba in faucibus patietur audiri. nec oris inanitatē resonare. nec quod minime sermoni puto cōueniat: simplicē uocis naturam pleniore quodam sono circunlenire: quod græci κατατεπλασμενον dicunt. Sic appellatur cantus tibiaꝝ: quæ præclusis quibus clarescunt foraminibus recto modo exitu grauiorē spiritū reddunt. Curabit etiā ne extremæ syllabæ ītercidant. ut par sibi sermo sit. ut quotiens exclamandum sit: laterū conatus sit ille nō capitis. ut gestus ad uocem. uultus ad gestum accōmodetur. Obseruandum erit etiā ut recta sit facies dicētis: ne labra detorqueant̄: ne īmodicus hiatus rictū distendat. ne suppinus uultus. ne deiecti in terram oculi. ne inclinata utrolibet ceruix Nā frons pluribus generibus peccat. Vidi multos quoꝝ supcilia ad singulos uocis conatus alleuant̄. alioꝝ constricta. aliorum etiam dissidētia: cum altero in uerticē tenderent: altero pene oculus ipse premeretur: Infinitū autem ut mox dicemus in his quoq; rebus momentum ē. Et nihil pōt placere quod nō decet. Debet etiam docere comœdus quo modo narrandum. qua sit auctoritate suadendū. qua cōcitatione cōsurgat ira. quis flexus deceat miserationem. quod ita optime faciet: si certos ex comœdiis elegerit locos: & ad hoc maxime idoneos. i. actionibus similes. Idem aūt ad p̄nūciādū nō modo utilissimi: uerū ad augēdā quoq; eloquētiā maxīe accōmodati erūt. Et hæc dū infirma ætas maiora nō capiet. Cæteꝝ cū legēt̄ orones oportebit. cū uirtutes eaꝝ iā sētiet: tū mihi diligēs aliquis ac peritus assistat: neq; solū lectiōe formet: ueꝝ ēt ediscere electa ex his cogat: & ea dicere stātē clare. & quēadmodū agere oportebit: ut p̄tinus

ꝓnũciatõe uocẽ & memoriã exerceat.ne illos qdẽ reprehẽdẽdos puto: q pau lũ etiã palæstricis uacauerũt.Nõ de his loquor:qbus ꝑs uitæ ĩ oleo:pars ĩ uino cõsumit:qui corpoꝝ cura mẽtem obruerunt.Hos enim abesse ab eo quẽ ĩstituimus q̃ longissime uelim.Sed nomen ẽ idẽ iis:a quibus gestus motusq; formant:ut recta sint brachia.ne ĩdoctæ rusticæ manus.ne status ĩdecorus. nequa ĩ ꝓferendis pedibus ĩscitia.ne caput oculiq; ab alia corporis ĩclinatiõe dissideãt.Nã nec hoc eẽ in parte ꝓnũciatiõis negauerit qsq̃:nec ipsã ꝓnũciatiõem ab oratore secernet.Et certe qđ facere oporteat: nõ ĩdignãdũ ẽ discere: cũ præsertĩ hæc Chironomia:quæ ẽ ut noĩe ipso declarat:lex gestus & ab illis tẽporibus heroicis orta sit:& a sũmis græciæ uiris:& ab ipso ẽt Socrate ꝓbata:a Platõe quoq; ĩ ꝑte ciuiliũ posita uirtutũ:& a Chrisippo ĩ præceptis de liberoꝝ educatione cõpositis nõ omissa.Nã Lacedemonios qdẽ ẽt saltationẽ quãdã tãq̃ ad bella quoq; utilẽ habuisse ĩter exercitatiões accepimus.Neque id ueteribus romanis dedecori fuit.Argumẽtũ ẽ sacerdotũ noĩe ac religione durans ad hoc tẽpus saltatio.Et illa ĩ tertio Ciceronis de Oratore libro uerba Crassi:qbus præcepit:ut orator utat laterũ ĩclinatiõe forti ac uirili:nõ a scæna & histriõibus:sed ab armis:aut etiã a palæstra: cuius ẽt disciplinæ usus in nostrã usq; ætatẽ sine reprehẽsiõe descendit:a me tamẽ nec ultra pueriles annos retinebit:nec ĩ iis ipsis diu.neq; enĩ gestũ oratoris cõponi ad similitudinẽ saltatiõis uolo.Sed subesse aliquid ex hac exercitatõe puerili: Vnde nos nõ id agentes furtĩ decor ille discẽtibus traditus prosequatur.

XIII. An prædicta discẽda sint eodem tempore.

ipſam rem de qua ſententiæ rogantur cõſultabitur: aut ꝓpter alias

mendauit. Deliberant patres conscripti an stipendium militi constituant. hoc quoque thema de historia sumptum. Nam ut in quinto narrat. T. Liuius: Senatus ad conciliandos sibi plebis animos decreuit: ut miles de publico stipendium acciperet: cum ante id tempus de suo quisque functus eo munere esset. Nihil acceptū unq̄ a plebe tanto gaudio traditur. Concursum itaque ad curiam esse, præhensataſque exeuntium manus: & patres uere appellatos. An Fabios dedant gallis bellum minitantibus. Hæc materia declamatoria una cum aliis de quibus hoc loco meminit Fabius de historia sumpta est. Nam Romani ut narrat in quinto Liuius: tres Fabios Clusinorum rogatu: ad regem gallorum legatos miserunt: qui ei denūciarent: ut ab obsidione Clusii abstineret. Is cum superbius respondisset: initū est prœlium: in quo contra ius gentium legati quoque pro Clusinis arma ceperunt atque gallorum regem trucidarunt. Qua re indignati galli relicta citato agmine Romam pergentes: apud Alliam fluuiū Romanū exercitum deleuerunt: ac nullis repugnantibus urbem totam præter capitolium occuparunt. Deliberat C. Cæsar an perseueret in germaniā ire. Hoc in Cæsaris ipsius commētariis legitur. Quantalibet enim uis ingruat aliquid fortasse pati necesse sit nihil facere. Procul dubio hic aliquid deest: citra quod iteger sensus esse non potest. Ad quod. n. referatur ille infinitus facere: nihil est. Quare mihi tres hæ dictiones forsitan sunt ascribēde: ut legamus nihil facere non sit necesse. Hoc nāque modo & clarus & integer erit sensus. Semper enim aliquid facere possumus: ac si nihil aliud: saltem nos met ipsos uita priuare. Deniq̄ non fecerunt saguntini. Saguntinorum fides in populum Romanum notior est: q̄ ut hoc loco sit referenda. Nec in rate opitergina circūuenti. Opitergini ut refert Liuius. C. Cæsaris auxiliares: cum. C. Antonius Cæsaris legatus bello ciuili male conra Pōpeianos pugnasset atque in Illirico captus esset: potius q̄ in potestatem hostium ueniret rate sua ab hostilibus nauibus clausa inter se concurrentes gladiis occubuerunt. Si ei qui pater uult fieri liqueat necesse est uxorem esse ducendam. Loco est uerbi esse ut legatur sensus exposcit. hoc modo liqueat necesse esse uxorem esse ducendam. Nemo enim de hoc dubitat: eoque in consultationē non uenit. Tamen apud plerosque earum numerus augetur. Sic quidē legitur. Sed a plerisque fortassis rectius legeretur. Est quidam utile sed difficile, paruum & iniucundū. Quidē legatur ac illa & copula ex

interuenientes extrinsecus causas. propter ipsam deliberant. p. c. an stipendium militi cōstituant. Hæc materia simplex erit. Accedunt causæ aut faciendi: ut deliberant. p. c. an Fabios dedant gallis bellum minitantibus. aut non faciēdi. deliberat. C. Cæsar: an perseueret in germaniam ire: cum milites passim testamenta facerent. Hæ suasoriæ duplices sunt. Nā & illic causa deliberandi est: q̄ bellum galli minitentur: esse tamen quæstio potest dedendi ne fuerint etiam citra hāc denunciationem: quia contra fas cum legati missi essent prœlium inierit: regemq̄ ad quem mandata acceperant trucidarint. Et hic nihil Cæsar sine dubio deliberet: nisi propter hāc militum perturbationem. est tamen locus quærēdi: an citra hunc quoq̄ casum penetrandum in germaniam fuerit. Sēp autem de eo prius loquemur de quo deliberari etiam detractis sequentibus posset. Partes suadendi quidam putauerūt honestum. utile. necessariū. ego nō inuenio huic tertiæ locū. Quantalibet enim uis ingruat: aliquid fortasse pati necesse sit nihil facere. De faciēdo autem deliberatur. Quod si hāc uocant necessitatem: ī qua homines grauiorum metu coguntur utilitatis erit quæstio: ut si obsessi & impares & aqua ciboq̄ defecti de facienda ad hostem deditione deliberent: & dicatur necesse est. nempe sequitur ut hoc subiiciatur. alioq̄ pereundum est. ita propter id ipsum non est necesse: quia perire potius licet. Deniq̄ non fecerunt saguntini: nec ī rate opitergina circunuenti. Igitur in his quoq̄ causis: aut de sola utilitate ambigetur: aut quæstio inter utile atq̄ honestum consistet. At enī siquis liberos procreare uolet: necesse habeat uxorē ducere qs dubitat? Si ei q pater uult fieri: liqueat necesse ē uxorē eē ducendam. Itaq̄ mihi ne consilium quidem uidet: ubi necessitas est: non magis q̄ ubi cōstat quid fieri nō posse. Omnis enim deliberatio de dubiis est. Melius igitur qui tertiam partem dixerūt ἄυνατον quod nostri possibile nomināt: quæ ut dura uideatur appellatio: tamen sola est. Quas partes non omnes in omnem cadere suasoriam manifestius est q̄ ut docendum sit. Tamen apud plerosq̄ earum numerus augetur: a quibus ponuntur: ut partes: quæ species sunt partium. Nam fas. iustum. pium. æquum. mansuetum quoq̄. Sic enim sunt interpretati ἡμερον & siqua adhuc adiicere quis eiusem generis uelit subiici possunt honestati. An sit autem facile. magnum. iucundum sine periculo ad quæstio-

pungatur. Instruendis ludis. Pro instruendis legendū est instituendis. Sed neminī adeo. Neminem legendū esse constat. Deformis & icōmoda turbæ si ibi non sit conflictatio. Ne hic quidē locus mendis caret q̄uis fere non deprehendantur. Facile autem tollūtur si loco ibi id scribaf: ut legamus Si id non sit. Quāq̄ sit quoque loco sit mihi legendū uidetur. Vt cum suademus ut bello punico serui armentur: Serui apud priscos pœna capitalia re militari arcebantur. ut scribit Martianus quadragesimo de re militari. Ab omni militia inquit Serui prohibētur. alioqui capite puniūtur Cæterꝝ bello punico armati fuere: uocatique uolones qđ ultro pro dominis uellēt militare. Vt cum Pompeius deliberauit: parthos. an Africam. an ægyptū peteret. Hoc in Pompeii uita narrat Plutarchus. Cum enim Pompeius in Pharsalia a Cæsare superatus Mitylænas ad uxorem confugisset: in hanc uenit deliberationem. utrum parthos. an Africam. an ægyptum peteret. Tandem uero in ægyptum ire decreuit: ubi Ptolemæi iussu fuit obtruncatus. Si se dederit. Disyllaba ascripta dediderit est legendum. Idemque contra item legendum esse facile est uidere. Videndumq; quid cōsecuturi simus & propter quid. Sic quidem legitur sed corrupte ut mihi uidetur. Non enim propter quid consecuturi simus aliquid uidendum est in deliberando: sed per quid. ut si per bellum. per multos labores. per magnam pecuniarum effusionē per cædes denique nostrorꝝ ciuiū aliqua urbe simus potituri. Quare per quid: id qđ sequentia quoqſſe indicant legendum uidetur. Et animus deliberātis non ipsa honem pertinet utilitatis: qui loci oriuntur ex contradictiōe. Est quidem utile: sed difficile. paruum. iniucundum. periculosum. Tamē quibusdam uidetur esse nonnūq̄ de iucunditate sola consultatio: ut si de edificando theatro. instituendis ludis deliberet. Sed nemi nem adeo solutum luxu puto: ut nihil in causa suadendi sequatur præter uoluptatem. Præcedat enim semper aliquid necesse est: ut in ludis honor deorū. in theatro non inutilis laborum remissio. deformis & icōmoda turbæ si id nō fiat: cōflictatio. & nihilomīus eadem illa religio: cum theatrum ueluti quoddam illius sacri templum uocabimus. Sæpe uero & utilitatē despiciendā eē dicimus: ut honesta faciamus: ut cum illis opiterginis damus cōsiliū: ne se hostibus dedāt: q̄q̄ perituri sint: nisi fecerint. & utilia honestis præferimus: ut cum suademus ut bello punico serui armētur. Sed tamē ne hic plane concedendum ē eē id inhonestū. liberos enī natura oēs: & iisdem constare elemētis: & fortasse antiqs etiam nobilibus ortos dici pōt. Et illic ubi manifestū periculum ē: opponenda alia sunt pericula: ut crudelius etiam pituros affirmemus: si se dediderint: siue hostis non seruauerit fidem: siue Cæsar uicerit: quod est uero similius. Hæc aūt quæ tantū inter se pugnāt: plerūq; nominibus deflecti solent. Nā & utilitas ipsa expugnatur ab iis q dicunt non solum potiora eē honesta q̄ utilia. Sed ne utilia qdē esse quæ nō sunt honesta. & contra quod nos honestū: illi uanū. ambitiosum. stolidum. uerbis q̄ re probabilius uocāt. Nec tantū iutilibus comparantur utilia: sed ītēr se quoq; ipsa: ut si e duobus eligamus in altero: quid sit magis: in altero qd sit minus. crescit hoc adhuc. Nam interim triplices etiam suasoriæ icidūt: ut cum Pompeius deliberauit parthos. an africam. an ægiptū peteret. Ita non tantum utrum sit melius: sed qd sit optimum quærit. Idemq; contra. nec nūq incidet ī hoc genere materiæ dubitatio rei: quæ undique secundū nos sit. Nā ubi contradictioni locus non est: quæ pōt esse cā dubitandi. Itē fere oīs suasoria nihil est aliud q̄ cōparatio: uidēdumq; quid consecuturi sumus & ꝓpter quid: ut æstimari possit: plus in eo quod petimus sit cōmodi: an uero ī eo ꝓ quod petimus incōmodi. Est utilitatis & ī tempore quæstio. expedit: sed nō nūc. & in loco. nō hic. & in psona. non nobis. nō cōtra hos. & in genere agēdi. nō sic. & ī mō. non in tantum. Sed personam sæpius decoris cā intuemur: quæ & in nobis & in iis q deliberant spectāda ē. Itaq; q̄uis exempla plurimū ī cōciliis possint: quia facillime ad cōsentiendum homines ducunt expimentis: refert tamen quoꝝ auctoritas & quibus adhibeatur. Diuersi sunt enī deliberantiū animi. duplex cōditio. nā consultant aut plures aut singuli. sed in utrisq; differentia: quia & in pluribus multum interest: senatus sit: an populus. romani: an fidenates. græci: an barbari. & in singulis Catoni petendos honores suadeamus: an. C. Mario. De ratione belli Sci-

pio prior an Fabius deliberent. Proinde intuenda ſexus. dignitas. ætas. Sed mores præcipue diſcrimen dabunt. Et honeſta q̄dem honeſtis ſuadere facillimum ē. Si uero apud turpes recta optinere conabimur: ne uideamur exprobrare diuerſam uitæ ſectam: cauendum eſt. & animus deliberātis. non ipſa honeſti natura: quam ille non reſpicit: permouendus: ſed laude. uulgi. opinione: & ſi parū proficiet hæc uanitas: ſecuturam ex his utilitatem. aliquanto uero magis obiiciendo aliquos: ſi diuerſa fecerint: metus. Nam præter id quod his leuiſſimi cuiuſq; aīus facillime terretur: neſcio an etiam naturaliter apud plurimos plus ualeat malorum timor: q̄ ſpes bonorum: ſicut facilior eiſdem turpium q̄ honeſtorum intellectus eſt. aliquando bonis quoq; ſuadentur parum decora. dantur parum bonis conſilia: i quibus ipſorum qui conſulūt: ſpectatur utilitas. Nec me fallit: quæ ſtatim cogitatio ſubire poſſit legentē. Hoc ergo præcipis? & hoc fas putas? Poterat me liberare. C. Cicero q ita ſcribit ad Brutum. Propoſitis plurimis quæ honeſte ſuaderi Cæſari poſſent: Sim ne bonus uir qui hæc ſuadeā? minime. Suaſoris enī ē finis utilitas eius cui quiſque ſuadet. at recta, ſūt. quis negat? ſed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus. Sed quia eſt altior quæſtio: nec tantūad ſuaſorias pertinet: deſtinatus ē mihi hic locus duodecimo qui ſummus futurus eſt libro. Nec ego q̄cq̄ fieri turpiter uelim. Verum interim hæc uel ad ſcholarum exercitationes pertinere credantur. nam & iniquorum ratio noſcenda eſt: ut melius æqua tueamur. Interim ſiquis bono inhoneſta ſuadebit: meminerit non ſuadere tanquam inhoneſta: ut quidam declamatores Sex. Pompeium ad piraticam propter hoc ipſum: q; turpis ac crudelis ſit: impellunt. Sed dandus illis deformibus color: idq; etiam apud malos: nec enim ē quiſq̄ tā malus: ut uideri uelit. Sic Catilina apud ſaluſtium loquitur: ut rem ſceleratiſſimam non malitia: ſed īdignatione uideatur audere. Sic Atreus apud Varum. Iam fero inquit infandiſſima: iam facere cogor. Q uāto magis eis quibus fuit cura famæ cōſeruandus eſt hic uel ambitus? Q uare & cum Ciceroni dabimus conſilium: ut Antonium roget: uel etiam ut philippicas: ita uitam pollicente eo exurat: non cupiditatem lucis allegabimus. Hæc enī ſi ualet in animo eius: tacentibus quoq; nobis ualet. Sed ut ſe reipublicæ ſeruet hortabimur: Hac illi opus ē occaſione: ne eum talium precum pudeat. Et. C. Cæſari ſuadentes regnū affirmabimus ſtare iā remp. niſi uno regente nō poſſe. Nā q de re nefaria deliberat: id ſolum quærit quomō q̄minimū peccare uideat. Multū refert etiā: quæ ſit perſona ſuadētis: qa āte acta uita ſi illuſtris fuit: aut clarius genus: aut ætas: aut fortūa affert expectationē. Prouidēdū ē ne quæ dicūt ab eo q̄ dicit: diſſētiāt. at iis cōtraria ſūmiſſiorē quēdā modū poſtulāt neſta natura. Honeſti pro honeſta: ut natura honeſtatis intelligatur: legēdum eſt. Quibus fuit cura famæ conſeruādus eſt hic uel ambitus. Aliqua recte in quibuſdam exemplaribus legitur hoc modo. Quibus fuit aliqua cura famæ. Qui enim aliquam famæ curam habēt: hoc ambitu laborāt: ut boni ſaltem uideantur q̄uis non ſint. Vel autem pro ſaltem eleganter ponitur. Vel quod duplicis eſt operis. Loco opis mihi operæ legēdum uideē. hoc eſt laboris. Nō ſolum enim dicenda excogitare oratorem oportet: ſed inuenta quoq; ficte perſonæ accommodare. De ratione belli Scipio prior an Fabius deliberent. Littera n expuncta deliberet legēdum eſſe ne dubitandum eſt quidem. Hoc uero de hiſtoria ſumptum. Nam ut narrat. T. Liuius controuerſia fuit inter Fabium & Scipionem: qua ratione bellum cum carthaginenſibus foret adminiſtrādum. hoc eſt. In italia ne an in Africa eſſet gerendum. Et ſi parum proficiet hæc uanitas ſecutura ex his utilitatem. Vtilitate eraſa m littera legendum eſt. At recta ſunt. Obiectio hæc nulla eſt niſi negatio aſcribatur hoc modo. At recta non ſunt. Sed dā dus eſt illis deformibus color. Probabilem facti cauſam græci χρωμα. latini colorem uocant Vnde apud Iuuenalem adultera ſic rogat Quintilianum. Dic Quintiliane colorem. Quare & cum Ciceroni dabimus cōſilium ut Antoniū roget. Hæc quoque ſunt themata uulgatarum apud priſcos declamationum: quarum diuiſiones. ſententiæ. atque colores a Seneca fuere collecti. Earum uero themata ſunt hæc. Deliberat Cicero an. M. Antonium deprecetur. Deliberat Cicero an ſcripta ſua comburat promittente Antonio ſcolumitatem ſi feciſſet.

Nā quæ in aliis libertas i aliis licētia uocaſ. Hinc aperte colli-

gitur libertatem in bonam. licentiam uero in malam accipi partem. unde etiam Terentius. Deteriores omnes sumus licentia. Aliquando tamē etiam in bonum accipi uidetur: ut apud Salustium in Iugurthino. Romā legatos ire iubet agēdarum rerum & quocunq; modo componendi licentiam illis permittit. Apud iurisconsultos quoq; huiusmodi inueniuntur locutiones. Data est mihi licentia eundi ac redeundi. Ideoque longe mihi uidentur difficillimæ, pſopopœiæ, pſopopœiæ cōfictiōes pſonarū interpretantur: qualibus nō oratores modo & historici sed poetæ quoque frequentissime utuntur: ut Vergilius Sinōis personam ita effingit: ut nihil ad proditoris mores adiici posse uideatur. An eodem modo cogitauit aut eandem personam induxit Cicero. Induit. c. littera expuncta legendum mihi uidetur. Quæ ex historiis compositæ certius agētiū nominibus cōtinētur. Certis. u. littera expuncta nemo non uidet esse legendum. Neque ignoto plerūq; exercitationis gratia poni & poeticas historias. Enim particula mihi huic sensui deesse uidetur. Superioris nanq; dicti rationem reddit Fabius. Et similiter copula est ascribēda. ac historicas. c. littera ascripta legēdum. hoc modo. Neque enim ignoro plerunq; exercitationis gratia poni & poeticas & historicas. Sic autem legendum esse facile quæ sequuntur exempla declarant. Vt Priami uerba apud Achillem. Priami uerba ad Achillem quibus Hectoris cadauer rogatq; plene uidere cupit: legat uigesimum tertiū Iliados librū. Quibus aūt uerbis Sylla fuerit usus in deponenda in concione dictatura in ipsius uita scribit Plutarchus. Vt apud Ciceronem pro Celio in Clodiam & Cæcus Appius & Clodius frater. ille in castigationem. hic in orationem morum compositus alloquitur. Qui orationem Ciceronis pro Cælio legerit: facile diiudicabit & rationem o prima littera expuncta. & amorum a littera ascripta esse legendum.

Vt cum Apud Cæsarem consultatio de pœna Theodoti ponitur. Hæc quoq; materia de historia est sūpta de qua in cōmētariis Cæsaris plura. Theodotus autē rhetor fuit Nam quæ in aliis libertas est: in aliis licentia uocatur. Et quibusdam sufficit auctoritas: quosdam ratio ipsa ægre tuetur. Ideoq; longe mihi uidētur difficillimæ prosopopœiæ: in quibus ad reliquū suasoriæ laborem: accedit etiā personæ difficultas. Nāq; illud idem aliter Cæsar. aliter Cicero. aliter Cato suadere debebit. Vtilissima uero hæc exercitatio: uel qđ duplicis ē operis: uel quod poetis quoq;: aut historiaꝫ quoq; futuris scriptoribus plurimum confert. Verum & oratoribus necessaria. Nam sunt multæ a græcis latinisq; cōpositæ oratiōes: quibus alii uterentur: ad quorum cōditionē uitāq; aptanda: quæ dicebātur fuerūt. an eodem mō cogitauit: aut eandem personam īduit Cicero cum scriberet. Cn. Pompeio & cum. C. Domicio cæterisue: ac non uniuscuiusq; corū fortunam. dignitatem. res gestas ītuitus? omnium etiam qbus uocem dabat: imaginem expressit: ut melius quidem: sed tamen ipsi dicere uiderentur? Nec minus uitiosa est oratio: si ab homīe: q̄ si a re cui accōmdari debuit: dissidet: Ideoq; Lysias optime uidetur in his quæ scribebat indoctis: seruasse ueritatis fidem. Enim uero præcipue declamatoribus cōsiderādum est: quid cuiq; personæ cōueniat: qui pauciſſimas cōtrouersias ita dicunt: ut aduocati. plerūq; filii. patres diuites. senes. asperi. lenes. auari deniq;. superstitiosi. timidi. derisores fiunt: ut uix comœdiarū actoribus plures habitus in pnunciando cōcipiendi sint: q̄ his in dicendo: quæ omnia uideri possunt pſopopœiæ: quas ego suasoriis subieci: quia nullo alio ab his q̄ persona distant: q̄q̄ hoc aliquando etiam ī cōtrouersias ducitur: quæ ex historiis cōpositæ certis agentium nominibus cōtinentur. Neq; ignoro plerunq; exercitationis gratia poni & poeticas historias: ut Priami uerba apud Achilē: aut Syllæ dictaturam deponentis in cōcione. Sed hæc ī partem cædent trium generum: in quæ causas diuisimus. Nam & rogare. indicare. rōnem reddere: & alia de quibus supra dictum est: uarie atq; ut res uult in materia iudiciali. deliberatiua. demonstratiua solemus. Frequentissime tamen ī his utimur ficta pſonarū: quas ipsi substituimus oratione: ut apud Ciceronem pro Cælio in Clodiam: & Cæcus appius: & Clodius frater: ille in castigationem: hic in rationem morum cōpositus alloquitur: solent in scholis fingi materiæ ad deliberandum similiores cōtrouersiis: & ex utroq; genere cōmixtæ ut cum apud. C. Cæsarem cōsultatio de pœna Theodoti ponitur. Cōstat enim accusatione & defensiōe causæ: qđ ē iudicialiū ppriū. permixta aūt est & utilitatis ratio: an p Cæsare fuerit occidi Pōpeiū. an timēdū a rege bellū: si Theodotus sit occisus. an id mīme opportunū hoc tpe & piculosū. & certe lōgū sit futurū. Quæritꝫ & de honesto. deceat ne Cæsarē

ultio Pompeii.an sit uerendū:ne peiorē faciat suarum ptiū cau sam:si Pompeiū idignū morte fateatur. Q uod genus accidere etiam ueritati potest. Non simplex aut circa suasorias error in plerisq; declamatoribus fuit:qui dicendi genus in his diuersum:atq; ī totum illi iudiciali cōtrariū esse existimauerunt. Nā & prīcipia abrupta:& concitatam semper orationem:& ī uerbis effusiorē: ut ipsi uocant:cultum affectauerunt:& earū breuiores utiq; cō mentarios q̄ legalis materiæ facere elaborarunt. Ego porro uti prohœmio uideo nō utiq; opus esse suasoriis propter quas dixi supra cās::ita cur initiū furiose sit exclamādū:nō intelligo:cū ꝓ posita consultatiōe rogatus sententiā:si modo est sanus:nō quæ ritet:sed q̄maxime pōt ciuili & humano ingressu mereri assēsū daliberantis uelit. Cur igitur torrēs:& utiq; equaliter cōcitata sit in ea dicentis oīo? Cum uel præcipue moderationem rōnēq; cō silia desiderent? Neq; ego negauerim sæpius subsidere in cōtro uersiis impetum dicendi ꝓhœmio.narratione.argumētis: quæ si detrahas:id fere supererit:quo suasoriæ cōstant. Verū id quo q; æqualius erit:nō tumultuosius atq; turbidius. Verborū autē magnificentia nō ualidius est affectanda suasorias declamanti bus:sed contigit magis. Nā & personæ fere magnæ fingentibus placent regum.prīcipum.populi.senatus:& res āpliores: ita cū uerba rebus aptentur:ipso materiæ nitore clarescunt. Alia ueris consiliis ratio est. Ideoq; Theophrastus q̄maxime remotum ab oī affectatione ī deliberatiuo genere uoluit eē sermonē:secutus ī hoc auctoritatē præceptoris sui:q̄q̄ dissentire ab eo non timide solet. Nāq; Aristoteles idoneā maxīe ad scribēdū demōstratiuā. proximāq; ab eo iudicialē putauit:uidelicet quoniā prior illa to ta eēt ostētatiōis.hæc secūda egeret artis uel ad fallēdū:si ita po poscisset utilitas.cōsilia fide prudētiaq; cōstarēt. Q uibus in de mōstratiua cōsētio. Nā & oēs alii scriptores idē tradiderūt. In iu diciis āt cōsiliisq; secūdū cōditionē ipsius: quæ tractabit rei ac cōmodādā dicēdi credo rōnē. Nā & philippicas Demosthenis iisdē qbus habitas in iudiciis oīones uideo emīere uirtutibus. Et Ciceronis sētētiæ & cōciōes nō minus clarū q̄ ē ī accusatiōibo ac defēsiōibus eloquētiæ lumē ostēdūt. Dicit tamē de suasoria idē hoc mō. Tota aūt oīo simplex & grauis:& sētētiis debet ornati or esse q̄ uerbis. Vsū exēplo; nonnulli materiæ magis cōuenire merito fere oēs cōsentiunt:cū plerūq; uideant respōdere futura præteritis:Habeat q; experimentū uelut quoddā rōnis testimo niū. Breuitas quoq; aut copia nō genere materiæ:sed mō cōstāt. Nā ut ī cōsiliis plerūq; simplicior quæstio ē:ita sæpe ī causis mi nor. Q uæ oīa uera eē sciet:siqs nō oīones mō: sed historias etiā (Nāq; ī his cōciōes atq; sētentiæ plerūq; suadēdi ac dissuadēdi fūgunt officio) legere maluerit:q̄ in cōmentariis rhetorum cō

Chius q ꝑsuasit Ptolemeo:ut pompeum curaret iterficien dum ea usus sententia Homi nem mortuum nō mordere.

Non simplex autē suasorias error. Circa præpositio ē ascri benda:ut legatur.circa suaso rias. Et eas breuiores utiq; commentarios:q̄ legalis mate riæ facere elaborarunt. Legalis quidem legitur. Sed cum de to to iudiciali genere uerba faciat forsitan iudicialis rectius lege retur. Huic autem correctioni Fabius ipse paulo post accede re uidetur. Sic enim scribit. In ueniet enim nec in consiliis ab rupta initia.& cōcitatius sæpe in iudiciis dictū.& uerba apta ta rebus ī utroq; genere.& bre uiores aliquando causas ora tiones q̄ sententias. Ita cur initium furioso sit exclamādū non intelligo. Ne hic quidē lo cus errore caret q̄uis sic fere le gatur.mihi autem pro furioso uidetur esse legendum furiose

Cū proposita consultatione rogatus sententiā:si modo est sanus:non quæritet. Quiritet prima cū ī littera scriptā legen dum est nō quæritet:ut in exē plaribus scriptum deprehēdit. Est autem quiritare Quiritū fauorem summo clamore im plorare. Ideoq; Theophrastus q̄ maxime remotum ab omni affectione in deliberatiuo gene re uoluit esse sermonē. Pro affe ctione mihi uidetur legēdum esse affectatione. Aperte enim significat Fabius ex sententia Theophrasti atque Aristotelis uerborum effusiorem cultum in consultationibus ac delibe rationibus nō esse affectandū.

Accommodādam dicendi credo orationem. Rationem legend um esse satis constat.

Et Ciceronis sentētiæ & cō ciones. Ciceronis sententias Fa bius uocat orationes quas Ci cero in senatu habuit.cōciones uero quas ad populum:qualis fuit pro lege Manilia. Tota autē oratio simplex & grauis. Hæc ī partitionibus oratoriis leguntur. Vsum exemplo rum nonnulli materiæ magis conuenire merito fere omnes

consentiunt. Aut non particula est expungenda, aut ulli legendum, ut sit aut nulli materiæ aut non ulli:

110.

quod in idem recidit.

Et in dissuadendis morent. Pro dissuadẽ dis mihi desuescendis legẽdũ uidet: pinde ac si diceret dediscendis.

Vnc de iudiciali genere. Iudicialiũ cãz di uisionẽ ita subiicit: ut uarias priscoz rhetorũ de eaz ptibus opiniones exponat: qbusq; nõ assentit pspicue refellit. Sed officiis cõstat duobꝫ intentõis ac depulsionis. Intẽtio é oro crimen debitũue alicui obiiciẽs. Depulsio é oro q̃ crimẽ debitũue obiectum repelli mus. Quæ ẽ qõ in q̃ nõ promittere possit orator. Cũ dicti supioris assignet rõnẽ: nãq; pticula mihi ascribẽda uꝝ ut legat. Quæ nãq; est qõ. Sed ante omnia itueri oportet. quid sit causæ genus Quod nõ quid legendũ eẽ facile est uidere. Nõ.n. qd sit causæ genus cõsiderat ororor: cũ sibi agẽda cãppõit: sed qd̃ sit causæ ipsius ppositæ genus hoc é demõstratiuũ an deliberatiuũ an iudiciale.

Quid i ea quærat. hoc ẽ quæ sit i ea quæstio & status. Nã ut conferri materiã oẽm & quid quoq; sit opus cõstare dbet. Oportet uerbum mihi uidet ascribẽdũ nec nõ loco ablatiuus adiiciendus hoc mõ. Nã ut cõferri materiã oẽm oportet & quid quoq; loco sit opus cõstare. Hoc aũt idẽ & Cicero i primo rhetoricoz præcipit. In rhetoricis ãt ad Hereniũ puerse de exordiis prius q̃ de statibus præcepta traduntur: Ex quo uel solo facile colligitur opusculũ illud nõ esse Ciceronis.

senescere. Inueniet enim nec in consiliis abrupta initia: & concitatius sæpe in iudiciis dictũ: & uerba aptata rebus in utroq; genere: & breuiores aliquando causarum orationes q̃ sententiarum. Ne illa qdem i iis uitia deprehendet: qbus quidam declamatores laborant: quod & cõtra sentientibus inhumane conuiciantur: & ita plerũq; dicũt: tanquam ab iis q deliberant utiq; dissentiant. Itaq; obiurgantibus similiores sũt q̃ suadentibus. Hæc adolescentes sibi scripta sciant: ne aliter q̃ dicturi sint: exercere uelint: & in dissuadendis morentur. Cæteꝝ cũ aduocari cæperint i cõsilia amicorum. dicere sententiam in senatu. suadere siquid consulet princeps: quod præceptis fortasse non credũt: usu docebũtur.

XI. De partibus causarum iudicialium.

n Vnc de iudiciali genere quod est præcipue multiplex: sed officiis constat duobus intentõis ac depulsionis: cuius partes: ut plurimis auctoribus placuit: qnque sunt prohœmium. narratio. probatio. refutatio. peroratio. His adiecerunt quidam partitionem. propositionem. excessum: quarum priores duæ probationi succedunt. Nam proponere q dem quæ sis probaturus necesse est: sed & concludere. Cur igitur si illa par causæ est: non & hæc sit? Partitio uero dispositõis est species. ipsa dispositio pars rhetorices: & per omnes materias totumq; earũ corpus æq̃liter fusa: sicut inuentio. elocutio. Ideoq; eam non orationis totius partẽ unam esse credendũ ẽ: sed quæstionũ etiam singularũ. quæ est quæstio in qua non promittere possit orator: quid primo. qd secundo. qd tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitiõis. Quam ergo ridiculũ ẽ quæstionem qdem speciem esse probatiõis: partitionem autem quæ sit species quæstionis partem totius orationis uocari? Egressio uero uel qd̃ usitatius esse cœpit excessus: siue est extra cãm non põt esse pars causæ: siue est in causa: adiutorium uel ornamentum partium earum est: ex q; bus egreditur. Nam si quicquid in causa est: pars causæ uocabitur: cur non argumentum. similitudo. locus communis. affectus. exempla partes uocentur? Tamen nec iis assentior: qui detrahunt refutationẽ tanq̃ probatiõi subiectam: ut Aristoteles. Hæc enim est quæ constituat. illa quæ destruat. Hoc quoq; idem aliquatenus nouat: q; prohæmio nõ narrationẽ subiũgit: sed propositionem. Verũ id facit: quia propositio genus. narratio species uidetur: & hac non semper. illa semper & ubiq; credit opus esse. Verum ex his quas constitui partibus: non ut qcq; primũ dicendũ: ita primum cogitandum est. Sed ante omnia intueri oportet quod sit genus causæ. qd in ea quæratur. quæ prosint. quæ noceant. deinde quid confirmandum sit atq; refellendum sit. tum quomodo narrãdũ. Expositio enim probationum est præparatio: nec esse utilis potest: nisi prius constiterit: qd debeat de probatione ꝓmittere. Postremo ituẽ dũ quẽadmodũ iudex sit conciliandus. nec enim nisi totis causæ partibus diligenter ispectis scire possimus: qualẽ nobis facere animũ cognoscentis expediat. seuerum an mitem. concitatum an remissum. aduersũ gratiæ an obnoxium. Nec ideo tamen eos probauerim: qui scribendũ quoq; prohœmiũ nouissime putant. Nam ut conferri materiã oẽm: & quid quoq; sit opus cõstare debet: anteq̃ dicere aut scribere ordiamur:

ita incipiendum ab iis quæ prima sunt. nam nec pingere qs-
q̃ aut fingere cœpit a pedibus. Nec deniq; ars illa consumat'
ibi: unde ordiendū est. Q uid fiet alioquī si spacium compo
nendi oratione stilo non fuerit: nōne nos hæc inuersa cūsue
tudo deceperit: Inspicienda igitur materia est quo præcipi-
mus ordine. scribenda quo dicimus.

XII. De generibus

c Aeterum causa omnis: in qua pars altera agentis est: al
tera recusantis: aut unius rei controuersia constat: aut
plurium. Hæc simplex diciturilla coniuncta. Vna contro-
uersia est per se furti. per se adulterii. plures aut eiusdem ge-
neris: ut in pecuniis repetundis. aut diuersi: ut siquis sacrile-
gii & homicidii simul accusetur: quod nunc in publicis iudi-
ciis non accidit: quoniam pretor certa lege sortitur. princi-
pum autem & senatus cognitionibus frequēs ē & populi fu
it. priuata quoque iudicia sæpe unum iudicem habere mul-
tis & diuersis formulis solent. nec aliæ species erunt: etiam si
unus a duobus dūtaxat eādem rem atque ex eadē causa pe-
tet. aut duo ab uno: aut plures a pluribus: quod accidere in
hæreditariis litibus interim scimus. quia q̃uis in multis per-
sonis causa tamen una est: nisi conditio personarum quæsti-
ones uariauerit. Diuersum his tertiū genus quod dicitur cō-
paratiuum: cuius rei tractatus in parte causæ frequēs est: ut
cum apud centumuiros post alia quæritur & hoc. uter digni
or hæreditate sit. Rarum est autem ut ī foro iudicia propter
id solum cōstituantur: sicut diuinationes quæ fiūt de accusa
tore constituendo: & nonnunq̃ inter delatores. uter premiū
meruerit. Adiecerūt quidam numero mutuam accusationē
quæ ἀντικατηγορία uocatur: aliis uidelicet succedere hāc
quoq; comparatiuo generi exīstimātibus: cui similis erit pe
titionum inuicem diuersarum: quod accidit uel frequentissi
me. Id si & ipsum uocari debet ἀντικατηγορία (nā ꝓprio
caret nomine) duo ergo erūt genera eius: alterū quo litigato
tores idem crimen inuicem intentant: alterum quo aliud
atq; aliud. Cui & petitionum conditio par est. Cum apparu
erit genus causæ: tum intuebimur: negetur ne factum: quod
intenditur: an defendatur. an alio nomīe appelletur. an a ge-
nere actionis: unde sūt status. XIII. XIV.

Q uid & quæ sit ratio. iudicatō: cōtinēs: & q̃tenus necessaria

h Is inuentis intuendum deinceps Hermagoræ uidetur:
quid it quæstio. ratio. iudicatio: continens: idest στυνε
χον: uel ut alii uocant firmamentum. Q uæstio latius intel
ligitur oīs de qua in utrāq; partem uel in plures dici credibi-
liter pōt. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda ē:
Nec denique ars illa cōsumatur
ibi unde ordiendum est: Vlla legē
dum esse nemo dubitat.

Aeterū causa omnis. Cau-
c sarum iudicialium diuisio
nem ita subiicit Fabius: ut
multa iis adiiciat: quæ a Cicerone
uariis in locis de hac eadem re tra-
duntur. Quoniam prætor certa
lege sortitur. Hoc ē prætor deter-
minata lege de homicidio uel sacri
legio similibūsue iudicia constituit
Priuata quoq; iudicia sæpe unū
iudicem habere multis & diuersis
formulis solēt. Formulæ dicunt' cō
ceptiones quædam petitionū: qui
nunc libelli uulgo appellant'. Vnde
& formularii sunt dicti. Sicut di
uinationes: quæ fiūt de accusatore
constituendo. Diuinatio: ut inquit
Pædianus dicitur oratio in qua nō
de facto quæritur coniecturas: sed
de futuro: quæ est diuinatio: qualis
est prima in uerrē. uter debeat ac-
cusare Cicero an Cecilius. Alii ideo
putant diuinationem dici: quod in
iurati iudices in eiusmodi causa se-
deant: & quod uelint decernere de
utroq; possint. alii quod res agatur
sine testibus & sine tabulis & his re
motis argumenta sola sequantur
iudices & quasi diuinent. Quæ
ἀντικατηγορία uocatur. ἀντικατ
ηγορία recriminatio trāsferri po
test. Sed dicitur mutua accusatio:
cuius duas esse species Fabius per-
spicue exponit. Duo ergo erunt
genera eius. Ergo particula ut re-
dundans mihi uidetur expungen-
da. Cui & petitionum condicio
pars est. Par littera. s. erasa legēdum
esse manifestius est. q̃ ut sit admo-
nendum. Ana genere actionis
Vnde sunt status. Repellatur ascri-
bendum est: ut sit An a genere acti-
onis repellatur.

h Is iuētis. Hermagoræ dili-
gētis qdē rhetoris affectatā
subtilitatē ac ī particulas nimiū mi
nutas cōcisionē primū exponit Fa-
bius. deide reprehendit adeo apte ut
nihil enarratōe sit opus. Quid sit
qō. Quæ nō qd mihi legēdū uī. Nō
n. dfinitōnē qōis rōisq; & q̃ sequūt'
iuestigādā oratori ut Hermagoras
sed esse ituēdū quæ in causa ꝓpo-
ta sit quæstio: q̃ rō & quæ sequūt'.
Vt ât hæc oratori sunt cōsiderāda:
sic rhetori definienda. Quæ-

ſtio latius intelligitur omnis. Quæſtio ut inquit Boethus eſt in dubitationem ambiguitatemque adducta propoſitio: ut ſi quæratur An terra ſit nec ne rotunda.

Et ſpeciem in ſpecies diuidi conuenit. Dialectici quidem in indiuidua ſpeciem diuidunt. in alias uero ſpecies diduci non poſſe aiunt: niſi loco generis ponatur: ut animal corporis animati ſpecies: in hominem. leonem. equũ diuiditur. Homo uero in alias ſpecies diuidi nõ poteſt. Cæterum Fabius ſpeciem pro genere poſuiſſe uidetur. Hanc igitur quæſtionem ueluti principalem ζητημα uocant. ζητημα quæſtio dicitur απο του ζητειν hoc eſt a quærendo. Hoc αἰτιον dicitur. αἰτιον cauſa trãſfertur ut αἰτια. Sũt enim eiuſdem rei nomina diuerſa: q̃q̃ nonnulli aſſerant ea differre. Sed Fabius eorum opinionem impbare uideť. κριvομεvον autem iudicatio. κριvομεvον ad uerbum interpretatur iudicatũ απο του κριvειν hoc eſt a iudicando. Vt in eo qui cũ adulteram deprehenſam occidiſſet. Hoc uidetur eſſe thema declamatorium. tametſi uera quoque cauſa forſitan fuit. Lege enim cauetur: ut qui adulterum cum adultera deprehenderit: dum utrunque corpus interficiat: ſine fraude ſit. Quidã adulterum cum adultera deprehenſum domi interficere non potuit. adulterã autem e ueſtigio interfecit. Adulterum deinde in foro inuentum occidit.

συνεχον autem quod ut dixi. συνεχον proprie continens interpretatur. Nam συνεχω contineo ſignificat. uariis autem nominibus a latitio modo quo dicimus multas quæſtiões habere cõtrouerſiã: quo etiam minores omnes complectimur: altero quo ſignificamus ſummam illam: in qua cauſa uertitur. de hac nunc loquor: ex qua naſcit ſtatus. an factum ſit. quid factum ſit. an recte factũ ſit. Has Hermagoras & Appollodorus & alii plurimi ſcriptores proprie quæſtiões uocant. Theodorus: ut dixi: capita generalia: ſicut illas miores: aut ex illis pẽdentes ſpecialia. Nam & quæſtionem ex quæſtione naſci: & ſpeciem in ſpecies diuidi cõuenit. Hanc igitur quæſtionẽ ueluti principalem uocant ζητημα. Ratio autem eſt: qua id quod factum eſſe conſtat defenditur. & cur non utamur eodẽ quo ſunt uſi fere omnes exemplo? Horeſtes matrem occidit. Hoc conſtat. dicit ſe iuſte feciſſe. ſtatus erit qualitatis. quæſtio an iuſte fecerit. Ratio q; Clytemneſtra maritũ ſuũ patrem Horeſtis occidit: hoc αιτιον dicitur. κριvομεvον autem iudicatio. an oportuerit nel nocẽtem matrem a filio occidi. Q uidam diuiſerũt αιτιον & αἰτιαν: ut eſſet altera propter quã iudicium conſtitutum eſt: ut occiſa Clytẽneſtra. altera qua factum defendit: ut occiſus Agamemnon. Sed tãta eſt circa uerba diſſenſio: ut alii αἰτιαν cauſam iudicii. αιτιον autem facti uocent. alii eãdem i contrarium uertant. Latinorum quidam hæc initium & rationem uocauerunt. quidam utrunq; eodem nomine appellant. Cauſa quoq; ex cauſa: ideſt αἰτιον ex αιτιου naſci uideť: quale eſt occidit Agamẽnonẽ Clytẽneſtra: quia ille filiã cõmunem imolauerat: & captiuã pellicem adducebat. Idem putant & ſub una quæſtione plures eẽ rationes: ut ſi Horeſtes & alteram afferat cauſam matris necatæ: quod reſponſis ſit ipulſus. Q uot aũt cauſas faciendi totidem iudicatiões. Nã & hæc erit iudicatio. an reſponſis parere debuerit. Sed & una cã plures habere quæſtiones & iudicationes (ut ego arbitror) põt: ut in eo qui cum adulterã deprehenſam occidiſſet: adulterum qui tum effugerat: poſtea in foro occidit. Cã eſt una. adulter fuit. quæſtiones & iudicationes. an illo tempore. an illo loco licuerit occidere. Sed ſicut cum ſint plures quæſtiones: omneſq; ſuos ſtatus habeãt: cauſæ tamẽ ſtatus unus ſit: ad quem referantur omnia: ita iudicatio maxime propria: de qua pronunciatur συνεχον autem quod: ut dixi: continens alii: firmamentum alii putant. Cicero firmiſſimam argumentationẽ defenſoris & appoſitiſſimam adiudicationem: Q uibuſdam id uidetur eſſe: poſt quod nihil quæriť: quibuſdam id quod ad iudicationẽ firmiſſã affertur. Cauſa facti non in omnes controuerſias cadit. Nã quæ fuerit cauſa faciẽdi ubi factum negatur? aut ubi cauſa tractať? negant eodem loco eſſe iudicationem: quo quæſtionem: idq; & ĩ rhetoricis Cicero & in partitionibus dicit. Nam & in coniectura ẽ quæſtio: ex illo factũ nõ factũ. an factũ ſit. ibi ergo iudicatio: ubi qõ: qa in eadẽ re prima quæſtio & extrema diſceptatio. At ĩ q̃litate matrẽ Horeſtes occidit. recte nõ recte. an recte occiderit. qõ. nec ſtati iudicatio. quãdo orgo? illa patrẽ meũ occiderat. ſed nõ iõ tu matrẽ debuiſti occideť. an debuerit. hic iudicatio. Firmamẽtũ ãt uerbis ipſius ponam:

ſi uelit Horeſtes dicere eiuſmodi animū matris ſuæ ī patrem ſuum. in ſe ipſum: ac ſorores. in regnū. ī famā generis: ac familiæ: ut merito ab ea pœnas liberi ſui potiſſimū petere debuerint. Vtunt alii & talibus exemplis q bona paterna cōſūpſerit ne cōcionet. in opa publica conſūpſit. quæſtio. an qſqs conſūpſerit: prohibēdus ſit. iudicatio: an qui ſic: uelut in cā militis Arunci: qui Luſium tribunū uim ſibi inferē tem interfecit. quæſtio an iure fecerit. ratio. quod is uim afferebat. iudicatio. an indemnatū. an tribunū a milite occidi oportuerit. alterius ēt ſtatus quæſtionē: alterius iudicationē putāt. Q uæſtio q̄litatis. an recte Clodiū Milo occiderit. iudicatio cōiecturalis. an Clodius inſidias fecerit. ponūt & illud ſæpe cauſam in aliquā rem dimitti: quæ nō ſit propria quæſtionis: & de ea iudicari a quibus multū diſſentio Nam & illa quæſtio. an omnes q paterna bona conſūpſerint: concione ſint prohibendi: habeat oportet ſuā iudicationē. ergo nō alia quæſtio. alia iudicatio erit: ſed plures qōnes & plures iudicatōes. Q uid: nō in cā Milonis ipſa cōiectura referat ad qualitatē. Nam ſi eſt inſidiatus Clodius: ſequitur ut recte ſit occiſus. Cū uero in aliquam rem miſſa cauſa ē: receſſum eſt a quæſtione: quæ erat cōſtituta. hic quæſtio: ubi iudicatio eſt. Paulū in his ſecum etiam Cicero diſſentit. Nā ī rhetoricis: quēadmodū ſupra dixi: Hermagorā ē ſecutus. in topicis ex ſtatu effectā cōtentionem κριγομενον exiſtimat: idq; Trebatio: qui iuris erat conſultus: alludens: de q̄ re agit appellat. quibus id continetur: continentia quaſi firmamenta defenſionis: qbus ſublatis defenſio nulla ſit. At in partitionibus oratoriis firmamentum: quod opponitur defenſioni. quia continens quod primum ſit: ab accuſatore dicat. ratio a reo. ex rōnis & firmamēti quæſtione diſceptatio ſit iudicationū. Verius igitur & breuius q ſtatū & cōtinens & iudicationem eē uoluerūt. cōtinens autem id eē: quo ſublato lis eſſe non poſſit. hoc mihi uidet utrāq; cauſā cōplecti: & q̄ Horeſtes matrē: & q̄ Clytæmneſtra Agamemnonē occiderit. Iidē iudicationē & ſtatū conſētire ſēper exiſtimāt. Nec enī aliud eorum rōni conueniēs fuiſſet. Verū hæc affectata ſubtilitas circa noīa rerū ābitioſe laboret a nobis in hæc aſſūpta ſolū: ne parū diligēter inqſiſſe de opē: quod aggreſſi ſumus: uideremur. Siplicius aūt iſtituēti nō eſt neceſſe p tā minutas rerū ptículas rationem dicendi cōcidere. Q uo uitio multi qdē laborauerūt: præcipue tamē Hermagoras uir alioqn ſubtilis: & ī plurimis admirādus: tātū diligentiæ nimiū ſollicitæ: ut ipſa eius reprehēſio laude aliq̄ nō īdigna ſit. Hæc aūt breuior & uel ideo lucidior multo uia: nec diſcētē p ābages fatigabit: nec corpus oīonis ī parua momēta diducendo cōſumet. Nā q̄ uiderit quid ſit quod ī cōtrouerſiā ueniat. qd in eo & p quæ uelit efficere pars diuerſa. quid nīra: quod in primis ē intuendū: nihil eorū ignorare de qbus ſupra diximus poterit. Nec eſt fere qſq̄ mō nō ſtultus: atq; ab omī prſus uſu dicendi remotus: qn ſciat: & qd litem faciat: quod ab illis cauſa uel continēs dicit: & quæ ſit inter litigantes quæſtio: & de quo iudicari oporteat: quæ oīa idē ſūt. Nā & de eo quæſtio eſt: quod ī cōtrouerſiā uenit: & de eo iudicat de quo quæ-

nis rhetoribus appellatur

Quibuſdam id quod ad iudicationem firmiſſimā afferē. Firmiſſimum legendum eſſe conſtat.

Aut ubi cauſa tractatur. At legendum eſt q̄uis exemplaria refragentur: ita ſenſu expoſcente.

Iudicatio an qui ſi uelut ī cauſa militis Aurūci Sic littera. c. aſcripta legendum eſſe facile ſenſus indicat: ut ſit An qui ſic conſumpſerit. Velut in cauſa militis Aurunci. Hoc thema declamatoriū ſūptū eſt de hiſtoria. de qua Cicero in oratione p Milone. Extat autem & Fabii ſuper hoc declamatio. Cuius hoc eſt thema. Bello cymbrico miles Marianus ſtuprum ſibi inferre conantem tribunū militum propinquum Marii occidit. Reus eſt cædis apud iperatorē. Quid non in cauſa Milonis ipſa coniectura referatur ad qualitatem. Refertur a littera expuncta legendum uidetur. In topicis ex ſtatu effectam contētionem κριγομενον exiſtimat. Cicero in topicis ſic inquit. Sed quæ ex ſtatu contentio efficitur eam κριγομενον græci uocāt. mihi placet quoniam quidem ad te ſcribo: qua de re agitur uocari. Quibus autē hæc qua de re agitur continentur: continentia uocentur: quaſi firmamenta q̄bus ſublatis defenſio nulla ſit. Verius igit & breuius qui ſtatum & continens & iudicationem eſſe uoluerunt. Idem pronomen forſitan eſt aſcribēdum: ut legat. Idem eſſe uoluerūt. Innuit enim Fabius ſtatum & continens & iudicationem q̄uis nomina ſint diuerſa: idem tamen ſignificare. Nec corpus orationis in parua momenta deducendo cōſumet. Diducēdo legēdū ē: ut itelligat diuidēdo

Nec tamen hoc præcipiendum est. Tam ultimis duabus litteris erasis legendum esse: q̄ particula quæ sequitur eiq; respondet: facile declarat. Aut certa si digressi fuerimus. Certe legēdum esse clare patet. Admonet autem Fabius omnia quæ cunq; ab oratore dicuntur: ad iudicationem esse referenda.

Raphaelis Regii in depravationes quarti libri oratoriæ Quintiliani institutionis annotationes.

PErfecto. M. Victori. Attentum maxime reddit lectorem hoc ꝓlogo Fabius dicens & maiorem sibi sollicitudinē iniunctā q̄ quæ iudicium hominū mereatur: & quæ sequuntur maiora ac difficiliora iis esse: quæ in superioribus libris sūt tradita. Idcircoq; se merito hoc loco potissimū inuocare numen Domitiani Imperatoris: ut sibi dexter ac ꝓpicius adesse uelit. Primus aūt huius præfatiōis sensus ita mihi confusus esse uidetur: ut uix percipi possit: nisi unius uerbi emendatione illustretur. ac quæ legatur non quale. Si aūt emendat quoq; legeretur nihil ambigui tatis sensus haberet. Maiorē enim sollicitudinem sibi ait accessisse: q̄ quæ iudicium humanū mereatur: hoc est quæ nō ab hominibus: sed ab ipso Domitiano qui deus appellari uolebat: sit iudicanda. Cū uero mihi domitianus Augustus sororis suæ nepotum delegauerit curam. Falluntur hoc loco quidā qui asserunt Fabium Quintilianum a Domitiano imperatore nepotibus sororis suæ curatorem datum: longamq; de tutore atq; curatore narrationem a iureconsultis sumunt. Hoc enim Fabius non ait. Sed curā nepotum instituendoq; sibi ab imperatore fuisse demandatā scribit. Hinc uero: ut alia omittam: aperte colligit: expositiones eas in quibus istiusmodi ineptiæ leguntur: minime ad Laurentium Vallam acerrimo iudicio uirum esse referendas.

Quod si nemo mirat poetas maximos sæpe fecisse. Hac elegātia sæpenumero latini oratores utūtur: ut uerbū facio cū alio uerbo quod per se foret sensui satis: coniungāt: ut hoc loco: fecisse ut inuocarent: satis esset si diceret inuocasse. Sic uero elegantius effertur. Cicero in Catone maiore. Inuitus feci ut. C. Flaminium eicerem e senatu. pro eo quod est Inuitus eieci. Quo primum. Sic quidem legitur: sed cum primum mihi elegantius legi uideretur. Ipsum quoque in primis. Que non quoque legendum est: ne potius fugilare imperatorem: q̄ ipsi adulari uideatur. Domitianus autem & deus haberi & nuncupari uolebat: ut Sueto

stio est. Sed non perpetuo intendimus in hæc animum & cupiditate laudis utcūque acquirendæ uel dicendi uoluptate euagamur: quādo uberior semper extra causam materia ē. quia in cōtrouersia pauca sunt. extra omnia: & hic dicitur de iis quæ accepimus. illic de quibus uolumus. Nec tā hoc præcipiendum est: ut quæstionem. continens. iudicationem iuenīamus. (Nam id quidem facile est) q̄ ut ītueamur semper aut certe si digressi fuerimus saltem respiciamus: ne plausū affectantibus arma excidant. Theodori schola ut dixi oīa refert ad capita. his plura intelliguntur. Vno modo sūma quæstio: Item ut status. altero cæteræ quæ ad sūmā referant. tertio propositio cum affirmatiōe: ut dicimus: caput rei est apd Menandrum In uniuersum autē: qcqd ꝓbandum est: erit caput: sed id maius aut minus. Et quoniam quæ de his erant a scriptoribus artium tradita uerbosius etiam q̄ necesse erat: exposuimus: Præterea quæ ptes cēnt iudicialiū causarū dictū ē: ꝓxius liber pria & exordia cōcipiet.

M. Fabii Quintiliani de īstitutiōe oratoria liber quartus.

PErfecto Marce Victori operis tibi dedicati tertio libro: & iam q̄rta fere laboris parte trāsacta: nouæ insuper mihi diligentiæ causa & altior sollicitudo: q̄ quale iudicium hominum emeret accessit. adhuc enim uelut studia iter nos cōferebamus: & si parum nostra institutio ꝓbaretur a cæteris: cōtenti fore domestico usu uidebamur: ut tui meiq; filii disciplinam formari satis putaremus. Cū uero mihi Domitianus augustus sororis suæ nepotū deligauerit curam: nō satis honorem iudiciorum cælestium ītelligam: nisi ex hoc oneris quoq; magnitudinē metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi sit modus: ut eos nō īmerito probauerit sanctissimus censor: aut studia: ne fefellisse in his uideat principem: ut in oībus: ita in eloquētia quoq; eminentissimū? Quod si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse: ut non solum initiis operū suoq; musas īuocarent: sed ꝓuecti quoq; lōgius cum ad aliquem grauiorem uenissent locum: repeterēt uota: & uelut noua precatione uterentur. mihi quoq; ꝓfecto poterit ignoscī: si quod ī initio: quo primū hāc materiam incohaui: non feceram. nunc omnes ī auxilium deos: ipsū quoq; ī primis: quo neq; præsentius aliud

neq; ſtudiis magis poprium numen eſt: inuocem: ut quātū nobis expectationis adiecit: tantum ingenii aſpiret: dexterq; ac uolens adſit: & me qualem eſſe credidit faciat: cuius mihi religionis non hæc ſola ratio quæ maxima eſt: alioqui ſic ꝓcedit ipſum opus: ut maiora præteritis ac magis ardua ſint: quæ ingredior. Sequitur enim: ut iudicialium cauſarū quæ ſunt maxime uariæ ac multiplices: ordo explicetur. quod ꝓhœmii officium. quæ ratio narrandi. quæ probatiōum ſit fides: ſeu propoſita cōfirmamus: ſeu contradicta diſſoluimus. quāta uis in perorādo: ſeu reficiēda breui repetitiōe rerū memoria ē iudicis: ſiue affectus quod eſt longe potentiſſimum commouendi. De quibus partibus ſingulis quidam ſeparatī ſcribere maluerūt: uelut onus totius corpis ueriti: & ſic quoq; compluris de una quaq; earum libros ediderūt: quas ego omnes auſus contexere prope infinitum mihi laborem proſpicio: & ipſa cogitatione ſuſcepti muneris fatigor. Sed durā dum ē: quia cœpimus: & ſi uiribus deficiemur: animo tamē perſeuerandum.

I. De exordio.

Quod principium latine uel exordium dicitur: maiore quadam ratione græci uidentur prohœmium nomiaſſe: quia a noſtris modo initiū ſignificatur. Illi ſatis clare partem hanc eſſe ante ingreſſum rei: de qua dicendum ſit: oſtendūt. Nam ſiue propterea quod οἰμὴ: cantus eſt: & citharœdi pauca illa quæ ante q̄ legitimum certamen inchoent: ementi fauoris gratia canunt: prohœmium uocauerunt. Oratores quoque ea quæ priuſq̄ cauſam exordiantur: ad concilandos ſibi iudicum animos præloquūtur: eadem appellatione ſignarunt. ſiue quod οἴμου iidem græci uiam appellāt: id quod ante ingreſſum rei ponitur: ſic uocare eſt inſtitutum Certe prohœmium eſt quod apud iudicem dici priuſq̄ cauſam cognouerit: poſſit. Vitioſeq; in ſcholis facimus: q̄ exordio ſic utimur quaſi cauſam iudex iam nouerit: cuius rei licētia ex hoc eſt: q̄ ante declamationem illam uelut imago litis exponitur. Sed in foro quoq; cōtingere iſtud principiorum genus ſecūdis actionibus poteſt. primis quidem raro: nunq̄ niſi forte apud eum cui res aliunde iam nota ſit dicimus. Cā principii nulla alia eſt: q̄ ut auditorem quo ſit nobis in cæteris partibus accōmodatior præparemus. Id fieri tribus maxime rebus inter auctores plurimos conſtat: ſi beniuolum. attētum. docilem fecerimus. nō quin iſta per totā actiōem nō ſint cuſtodienda: ſed quia in initiis maxīe neceſſaria: ꝓ quæ i animum iudicis: ut procedere ultra poſſimus: admittamur. Beniuolentiā aut a perſonis ducimus: aut a cauſis accipius. ſed perſonarum non eſt: ut pleriq; crediderint: triplex ratio: nius refert. Cuius mihi religionis non hæc ſola ratio eſt. Religionem uocat deorum ac Domitiani inuocationem: quam non propter hoc ſolum ſe ait hoc loco adhibuiſſe: quod cura nepotū ſororis Domitiani ſibi foret commiſſa: ſed etiam quia maiora præteritis tractare ingreditur: eoque maiori ingenio opus eſſe. Alioqui ſic procedit. Sed particulam aſcribendam eſſe: illud non aduerbium negandi facile oſtendit ut legatur. Sed alioqui. hoc eſt. ſed etiam ac præterea.

Quæ probationū ſit fides. Probationis duæ ſunt partes confirmatio & confutatio. Quanta uis in perorando. concludendo. Duo autem in peroratione fieri ſolent. Aut enim affectus mouentur: aut breui repetitione eorū quæ dicta ſunt: iudicis memoria renouat. Quidam ſeparatim ſcribere maluerūt. Qui nam ii fuerint qui ſeparatim de ſingulis iudicialium cauſarum partibus ſcripſerint non memini me legiſſe. Hinc aūt colligit quæ reſtant præteritis difficiliora eſſe.

Quod principium latine uel exordium dicitur. Quæ de exordiis a Fabio præcepta traduntur: adeo ſunt perſpicua atque aperta: dum mendæ abſint: ut quiſquis in ea aliquam expoſitionem afferre conatur: in ſolem lucernam accenſam inferre uideatur. Primum autem prohœmium rectius ſignificantiuſque a græcis fuiſſe appellatum q̄ a latinis exordium oſtendit. Deinde ad præcepta de exordiis tradenda deſcēdit. Prohœmium autem componitur ex hac præpoſitione græca προ quæ ante ſignificat: & aut οἰμὴ qui cantus dicitur quaſi ante cantum & tunc ſine aſpiratione ſcribitur. aut ὁἰμόσ quæ uia interpretatur quaſi ante uiam: & tunc cum aſpiratione ſcribitur. Illa uelut imago litis exponitur. Thema & argumētum declamationum imaginem litis Fabius uocat. Nā thema illud quod nūc ante declamationes ſcribitur: ſolebat in ſcholis anteq̄ aliquis declamaret prælegi atque exponi: indeque auditores cauſam cognoſcebant. Raro. Nunquā. Sic diſtinguenda ſunt ne copulent. Eſt enim correctio eius quod dixerat raro.

Beniuolētiam autem. Aut legendum esse non autem facile quæ sequuntur ostendūt Beniuolentia nanq; aut a personis aut a causis conciliatur.

Sed ut præcipua in hoc dicentis auctoritas sit. ut aduerbium cum indicandi modo copulari solet. non ita cū subiunctiuo. Quare loco illius sit mihi est uidetur esse legendū.

Et impares agentium e cōtra ingeniis. E contra non dici grammatice ne dicam latine nemo est ex eruditioribus qui ignoret. Aut enim e contrario aut contra latine loquētes dicunt. Contra igitur e uocali erasa legēdum est. Quē iusticia sua minime timet. Sic quidem recte legi putatur: ut iusticia sua ad patronum referatur. Sed iusticiæ suæ legendum esse contenderim: ut intelligatur iudex eum patronū libentissime audire quem iusticiæ suæ insidiari minime timet: ut cum dicimus timeo amici sanitati. Iusticia enim religioso iudici maxime cara eē solet. Etenim partis aduersæ patronus. Etiam pro illo etenim legendum esse clare patet. Et ut ea suspecta sint iudici. Et copula est expungenda. Degustanda tamen hæc prohœmio consumanda. Nō particula a librariis prætermissa ascribenda est: ut legatur. non consumanda. In epilogo nanque omnibus uiribus mouentur affectus: qui in prohœmio solum degustantur atque attinguntur. Pluraque augenda. Pleraque legendum esse nemo non uidet Augere autem quæ causæ ꝓsunt ac diminuere quæ nocent: munus est oratoris maxime proprium. Illud causæ. Ea scilicet habere quæ imperiti quoque dicere possint.

Et ego pro regina Beronicæ. Multæ fuerunt Beronicæ ægyptiorum regum fere uxores. Hæc uero cuius causam se egisse iudicante ipsa Fabius ait: filia fuit Herodis iudeorū regis: & Agrippæ itidem iudeorum regis soror: quam Tiex ligatore: & aduersario: & iudice. Nam exordium duci nōnunq; etiā ab actore causæ solet. q̄q̄ enī pauciora de se ipso dicit: & parcius: plurimum tamen ad omnia momēti est in hoc positū: si uir bonus creditur. sic enī continget: ut nō studiū aduocati uideat afferre: sed pene testis fidem. Quare in primis existimet ueniisse ad agendum ductus officio uel cognatōis uel amicitiæ: maximeq; si fieri pōt reipu. aut alicuius certe nō mediocris exempli. Quod si ne dubio multo magis ipsis litigatoribus faciendum est: ut ad agē dum magna atq; honesta rōne: aut etiam necessitate accessisse uideātur. Sed ut præcipua ī hoc dicētis auctoritas sit: si oīs ī subeūdo negocio suspicio sordiū: aut odiorum: aut ābitiōis abfuerit. Ita quædā ī iis quoq; cōmēdatio tacita: si nos īfirmos & īpares agentiū e cōtra īgeniis dixerimus: qualia sūt pleraq; Messale ꝓhœmia Est enī naturalis fauor ꝓ laborātibus. & iudex religiosus libentissime patronū audit: quē iustitiæ suæ mīme timet. Inde illa ueterꝝ circa occultādā eloquētiam simulatio multū ab hac nostrorꝝ tēporū iactatiōe diuersa. Vitādū etiā ne cōtumelioſi. maligni. supbi. maledici ī quēq; hominē ordinē ue uideamur: præcipue corū: qui lædi nisi aduersa iudicū uolūtate nō possūt. Nā in iudicē nequid dicat nō mō palam: sed quod oīo intelligi possit: stultū erat monere: nisi fieret. Etenī partis aduersæ patronus dabit exordio materiā interī cū honore: si eloquētiā eius ac gratiam nos timere fingendo: & ut ea suspecta sint iudici fecerimus. Interim per contumeliā: sed hoc ꝓ q̄raro: ut Asinius ꝓ Vrbiniæ hæredibꝫ Labienū aduersarii patronū iter argumēta causæ malæ posuit. Negat hæc esse ꝓhœmia Cornelius Celsus: q sint extra litē. Sed ego tum auctoritate sūmorꝝ auctorum magis ducor: tū; pertinere ad causam puto qcquid ad dicentem pertinet: cū sit naturale ut iudices iis quoq; libentius audiūt: etiā facilius credāt. Ipsius aūt litigatoris persona tractāda uarie est. Nā tum dignitas eius allegat. tum cōmendatur infirmitas. nōnunq; cōtingit relatio meritorꝝ: de qbꝫ uerecūdius dicēdū erit sua: q̄ aliena laudanti. Multum agit sexus: ætas. cōditio: ut ī fœminis. senibus. pupillis liberos. parētes. cōiuges allegantibus. Nam sola rectū quoq; iudicem īclinat miseratio. degustanda tamen hæc ꝓhœmio cōsumanda. Aduersarii uero persona ꝓpe iisdē omnibus: sed e cōtrario ductis īpugnari solet. Nā & potentes sequit inuidia. & humiles abiectosq; contemptus. & turpes ac nocentes odiū. Quæ tria sūt ad alienādos iudicū aīos potētissima. neq; hæc dicer satis est: qd dat ēt īpitis. pleraq; augēda aut mīuēda: ut expediet. Hoc. n. oratoris ē. illā causæ. Iudicē conciliabimus nobis nō tantū laudando eū: quod & fieri cum mō debet: & est; tamen parti urtiq; cōe: Sed si laudē eius ad utilitatem nostræ causæ cōiunxerimus: ut allegemus ꝓ honestis dignitatē illi suā. ꝓ humilibus iustitiā. pro īfœlicibꝫ misericordiam. ꝓ læsis seueritatē: & similiter cætera. Mores quoq; si fieri pōt

tus ut narrat Suetonius unice amauit. De hac uero meminit etiam Iuuenalis in satyra Credo pudicitiam: cũ inquit. Deinde adamas notissimus & Beronices In digito factus prætiosior. Hunc dedit olim Barbarus incestæ. dedit hunc Agrippa sorori. Quænam uero fuerit ea causa cui se Fabius affuisse scribit: non memini me legisse. Aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat. hoc est prædicat se iustam habere causam: iusticiæq; cognoscentis magis confidere q̃ cupiditatem timere. Patronus timet cognoscentis uerecundiam. hoc est metuit ne uerecundia motus pro aduersario contra seipsum sententiam ferat. Vt idem in uerrem. Secundam ĩ uerrem actionem Cicero sic exorditur. Quod erat optandum maxime iud. & quod unum ad inuidiam uestri ordinis infamiamq; iudicioꝝ sedandam maxime pertinebat: id non humano consilio sed prope diuinitus datum atque oblatum uobis summo reip. tẽpore uidet. Inueterauit enim iam opinio perniciosa reip. uobisque periculosa: quæ non modo apud exteras nationes: sed omnium sermone percrebruit iis iudiciis quæ nunc sint pecuniosum hominem q̃uis sit nocens: neminem posse damnari. & quæ sequuntur. Ne iudicia trãsferantur. hoc est ne iudicandi ius & potestas ad equestrem ordinem ab senatorio transferat: quod qdẽ aliquãdo fuit factũ. Tibe. n. gracchus ut Pædianus refert: legẽ tulit: ut equites Romani iudicarẽt. Iudicauerũt q; p annos trigĩta sine infamia. Post uictor Sylla leges tulit: ut Senatorius ordo iudicaret. & iudicauit per decem annos turpiter. Aurelius deinde cotta legem tulit: ut senatores & equites Romani ac Tribuni ærarii simul iudicarent. Alter autem asper & rarus: quo minatur corruptis accusationem. Septima in uerrem actione sic corruptis iudicibus Cicero minatur. Deliberatum autem est: si res opinionẽ meam: quã de uobis habeo fefellerit: non modo eos persequi: ad quos maxima culpa corrumpendi iudicii: sed etiã illos ad quos conscientiæ contagio pertinebit. Proinde siqui sunt: qui in hoc reo aut potẽtes aut audaces aut artifices ad corrumpendum iudicium uelint esse: ita sint præparati: ut disceptante populo Romano mecum sibi rem uideant futuram. Et si me in hoc reo quem inimicũ Siculi dederunt satis uehemẽtem. satis perseuerantem. satis uigilantẽ esse cognorunt: existiment in iis hominibus: quorum ego inimicicias populi Romani salutis causa suscepero multo grauiorem atque acriorem futurum. Non magis q̃ appellare: hoc est ad superiores iudices prouocare: quod quidem etiam ab iis qui non sunt oratores optime fieri potest. Appellare autem accusatiuum exposcit sine præpositione. Prouocare uero cum præpositione ut Prouoco ad senatum. Reum facere. Accusare. Peragere autem reum significat damnare. Quo in loco Virginius fallitur. Hinc aperte colligimus eos decipi: qui rhetoricam ad Herenium Virginio putant ascribendam: cum ea quæ a Virginio ipso tradita Fabius ait: in eo opusculo non legantur. Nisi quis forte dicat alia quoq; opera de arte dicendi composita fuisse

iudicis uelim nosse. Nam prout asperi. leues. iucũdi. graues. duri. remissi erunt: aut assumere in causam naturas eorum q̃ competent: aut mitigare: qua repugnabunt oportebit. Accidit autem ĩterim hoc quoque: ut aut nobis inimicus: aut aduersario sit amicus: qui iudicat: quæ res utriq; parti tractanda est: ac nescio an ei magis in quem uidetur propẽsior. Est enim nonnunq̃ prauis hic ambitus aduersus amicos: aut pro iis quibus cum simultates gerant pronunciandi faciendiq; iuste: ne fecisse uideantur. fuerunt etiam quidam rerum suarum iudices. Nam & in libris obseruationũ a septimo editis affuisse Ciceronem tali causæ inuenio. Et ego pro regina Beronicæ apud ipsam causam dixi. Similis hic quoq; superioribus ratio est. aduersarius enim fiduciam partis suæ iactat. patronus timet cognoscentis uerecundiam. Præterea detrahenda uel confirmanda opinio: siquam præcipue domo uidebitur iudex attulisse. Metus etiam nonnunq̃ est amouendus: ut Cicero pro Milone ne arma Põpeii disposita cõtra se putarent: Laborauit. nonnunq̃ adhibendus: ut idem ĩ Verrem facit: sed adhibendi modus: alter ille frequens & fauorabilis. ne male sentiat populus romanus. ne iudicia trãsferantur. alter autem asper & rarus: quo mĩatur corruptis accusationẽ. & id quidẽ in concilio ampliore utcunq; tutius. nam & mali ĩhibentur & boni gaudent. apud singulos uero nũq̃ suaseri: nisi defecerint omnia: quod si necessitas exigit: non erit iam ex arte oratoria non magis q̃ appellare. Etiam si id quoq; sæpe utile est: aut ante q̃ pronunciet reum facere. Nam & mĩari & deferre etiam nõ orator põt. Si causa conciliandi nobis iudicis materiam dabit: ex hac potissimum aliqua ĩ usũ principii: quæ maxime fauorabilia uidebuntur: decerpi oportebit. Quo in loco Virginius fallitur: qui Theodoro placere tradit: ut ex singulis qõnibus singuli sẽsus ĩ ꝓhœmiũ cõferãtur. Nã ille nõ hoc dicit: sed ad potentissimas qõnes iudicem præparãdum: ĩ quo uitii nihil erat: nisi in uniuersũ id præci-

Quod nec omnis actio patitur. In primis nanque actionibus ad potentissimas quæstiones iudex præparari non potest: cum ipsi nondum causa cognita sit. Sed non ante conciliato eius animo. Sic quidem legitur: sed mendose ut mihi quidem uidetur. Nullus enim integer sensus elici potest nisi aut non negandi aduerbium expungatur aut nisi particula: quod quidem mihi magis placet: ascribatur. hoc modo. Sed non nisi ante conciliato eius animo. Nam nisi conciliato iudicis animo asperitatem quæstionum non esse tractandam Fabius præcipit. Committetur. componetur atque tractabitur. Siue quod passi sumus. Quid legẽdum est non quod. Sed hæc quæ supra dixi non mouere tantum animum. Superflue hic animum ascriptum esse facile contenderim: cum uerbum ad quod referatur non habeat. Mouere præterea hoc loco temptare atque tractare significat. ut intelligamus prohœmii opus esse non ea solum temptare atque attingere: quibus animi commouentur: sed e contraria quoque parte, tractata amoliri ac discutere atque depellere. Duci, potest. Dici legendum est. Vnde principium pro Cælio. Oratiõis pro Cælio exordium a tempore est sumptum. Si quis iudices forte nũc adsit ignarus legum iudiciorum consuetudinis nostræ: miretur profecto: quæ sit tanta atrocitas huiusce causæ: quod diebus festis ludisque publicis omnibusque negociis forensibus itermissis: unum hic iudicium exerceatur: nec dubitet quin tanti facinoris reus arguatur: ut eo neglecto ciuitas stare nõ possit. & quæ sequuntur. Locus. unde pro Deiotaro. Partem quidem exordii orationis pro Deiotaro a loco sumpsit Cicero. Inquit enim. Moueor etiã loci ipsius insolentia: quod tantam causam quanta nulla unq̃ in disceptatione uersata est: dico intra domesticos parietes. dico extra conuentum & eam frequentiã: in qua oratorum studia niti solent. in tuis oculis in tuo ore uultuque acquiesco. Te unum intueor. ad te unum omnis mea spectat oratio. Quæ mihi ad spem optinendæ ueritatis grauissima sunt. ad motum animi & ad omnem impetũ dicendi cõtentionemque leuiora. & quæ sequuntur. Habitus unde pro Milone. Exordium pro Milone a noua iudicii forma habituque sumptum esse facile uidebit: qui ipsum leget. Opinio: unde in uerrem. Cicero primam in uerrem actionem sic exorditur: ut dicat se scire quosdam mirari: quod is qui per tot annos defenderit multos. leserit neminem: ad accusandum uerrem descenderit. Sic enim inquit. Si quis uestrum iudices aut eorum qui adsunt forte miratur me qui tot annos in causis iudiciisque publicis ita sum uersatus: ut defenderim multos leserim neminem: subito nunc mutata uoluntate ad accusandũ descẽdere:

peret: quod nec omnis actio patitur: nec omnis causa desiderat. nam protinus a petitore primo loco dum ignota iudici lis est: quomodo ex quæstionibus ducemus sententias? nimirum res erunt indicande prius. demus aliquas. Nam id exigit ratio nonnunq̃. etiam ne potentissimas omnes: ideſt totã causam? sic erit ĩ prohœmio peracta narratio. Quid uero? si ut frequenter accidit paulo est durior causa: non beniuolẽtia iudicis petenda ex aliis partibus erit? sed non ante concilio eius animo nuda quæstionum cõmittetur asperitas: quæ si recte semper initio dicendi tractarentur: nihil prohœmio opus esset. Aliqua ergo nonnunq̃ quæ erunt ad conciliandũ nobis iudicem potentissima: non inutiliter interim ex quæstionibus in exordio uocabuntur. Quæ sint porro in causis fauorabilia: enumerare non est necesse: quoniam & manifesta erunt cognita cuiusq; controuersiæ conditione: Et oĩa colligi in tanta litium uarietate non possunt. Vt autem hoc inuenire & augere: ita quod ledit aut oĩno repellere: aut certe minuere ex causa est. Miseratio quoq; aliquando ex eadem uenit: siue quid passi sumus graue: siue passuri. Nec enim sum in hac opinione: qua quidã: ut eo distare prohœmium ab epilogo credam: quod in hoc præterita. in illo futura dicantur: Sed quod in ingressu parcius & modestius prætemptanda ẽ iudicis misericordia. In epilogo uero liceat totos effundere affectus: & fictam orationem induere personis: & defũctos excitare: & pignora eorum producere: quæ minus exordiis sunt usitata. Sed hæc quæ supra dixi: non mouere tantũ animum: uerum ex diuerso amoliri quoq; prohœmio opus est. Vt autem nostrum miserabilem: si uincamur exitum ita aduersariorum superbum: si uicerint utile est credi. Sed ex iis quoq; quæ non sunt personarum nec causarum: uerum adiuncta personis & causis: duci prohœmia solent. Personis applicantur non pignora modo: de quibus supra dixi: sed, ppinquitates. amicitiæ: ĩterim regiões etiam ciuitatesq;: & siquid aliud eius quem defẽdimus causa dici potest. Ad causam extra pertinet tempus: unde principium pro Cælio. locus: ũde pro Deiotaro. habitus: ũde pro Milone. opinio: ũde ĩ Verrẽ

Deinceps ne omnia enumerem: fama iudiciorum. expectatio uulgi. nihil enim horum in causa est. ad causam tamē pertinet. Adiicit Theophrastus ab oratione principium: quale uidetur esse Demosthenis pro Ctesifōte: ut sibi dicere suo potius arbitrio liceat rogantis: q̄ eo modo quem accusator actione præscripserit. Fiducia ipsa solet opinione arrogantiæ laborare. faciunt fauorem & illa pene cōmunia: nō tamē omittenda: uel ideo ne occupentur: optare. abhominari. rogare. sollicitum agere: quæ plerunq; attentum iudicem faciunt: si res agi uidetur noua. magna. atrox. pertinēs ad exemplum. præcipue tamen si iudex aut sua uice: aut rei. p. commouet: cuius animus spe. metu. admonitione. precibus. uanitate deniq; si id profuturum credimus: agitādus est. Sunt & illa excitandis ad audiedum non inutilia: si nos nec diu moraturos. nec extra causam dicturos existiment. Docilem sine dubio: & hæc ipsa præstat attentio. sed & illud si breuiter: & dilucide sūmā rei de qua cognoscere debeat īdicarimus: quod Homerus atq; Vergilius operum suorū principiis faciunt. Nā istius rei modus est: ut propositioni similior sit q̄ expositiōi. nec quomodo q̄cq; sit actum: sed de quibus sit dicturus orator: ostendat. nec uideo quod huius rei apud oratores possit reperiri melius exēplū q̄ Ciceronis pro Cluentio. animaduerti iudices omnem accusatoris orationem ī duas diuisam esse partes: quarum altera mihi niti & magnopere confidere uidebatur inuidia iam inueterata iudicii iuniani. alteram tātummō cōsuetudinis causa timide & diffidenter attingere rationem ueneficii criminum: qua de re lege hæc est quæstio cōstituta. Id tamen totum respōdenti facilius est q̄ proponēti: quia hic admonendus iudex. illic docendus ē. Nec me q̄q̄ magni auctores in hoc duxerint: ut non semper facere attentum ac docilem iudicem uelim: nō quia nesciam id quod ab illis dicitur: esse pro mala causa: qualis ea sit nō intelligi. Verum quia istud non negligentia iudicis contingit: sed errore. dixit enim aduersarius: & fortasse psuasit. nobis opus ē eius diuersa opiniōe: quæ mutari nō potest: nisi illum fecerimus ad ea quæ dicemus: docilem & attētum. Quid ergo? imminuenda quædam & leuanda & quasi cōtemnenda esse cōsentio ad remittendā intentiōem iudicis: quam aduersario præstat: ut fecit p Ligario Cicero. Quid enim agebat aliud ironia illa q̄ ut Cæsar minus se in rem tanq̄ non nouam intenderet? Quid pro Cælio? q̄ ut res expectatione minor uideret? Verum ex his quæ proposui: aliud in alio genere causæ desiderari palam est.

Genera porro causarum plurimi fecerūt: honestum. humile. dubiū uel āceps. admirabile. obscurū: ideſt εν δοξον. ἀδοξον: ἀμφίδοξον παράδοξον. δυσπαρακολου

si mei consilii causam rationemq; cognouerit una & id quod facio p babit: & ī hac causa profecto neminem mihi esse præponendum actorem putabit. & quæ sequuntur.

Quam eo modo quem accusator actione præscripserit. I uocali in a conuersa præscripserat mihi legendum uidetur. Petierat autem a iudicibus Aeschynes: ne paterētur Demosthenem uagari: sed eo ordine sibi respondere: quo ipse proposuerat: cogant. Quæ plerunque attentum iudicem faciunt. Sic quidem recte legi uidetur. sed si quoque particula ascriberetur: fortasse rectius legeretur. hoc modo. Quæ plerūque attentum quoque iudicem faciunt'. Nam optare & reliqua: quæ enumerātur: non solum iudicem conciliant: sed etiam attentum reddunt. Vt propositioni similior sit q̄ expositiōi. Summa rei in breuem propositionem confertur: cum non quo modo quicque sit gestum exponit: sed de quibus uerba futura sint significat. ut De Cn. nanque Pompeii laudibus mihi est dicendum. Vt fecit pro Ligario Cicero. Ab ironia orationem pro Ligario Cicero inchoauit hoc modo. Nouum crimen. C. Cæsar & ante hunc diem inauditum propinquus meus ad te. Q. Tubero detulit. Q. Ligarium in Africa fuisse. & quæ sequuntur. Quid p Cælio? Pro Cælio ita exorditur Cicero: ut de teterrimo scelere agi posse ignaris uideri dicat: Deinde ita rē extenuat: ut iudicium de nullo Cælii crimine constitutū esse ostēdat.

Genera porro cāx. Cū ī tertio libro genera cāx tria eē dixerit Fabius: parum scite hoc loco uidetur eox accedere opinioni: qui genera ipsa causax quinque esse aiunt. Sed materia rhetorices superius in tria genera causarum distincta est. Hoc loco autem qualitas causarum in quinque genera separatur. Aliæ nanque causarum sunt honestæ. aliæ humiles. aliæ dubiæ. aliæ admirabiles. aliæ obscuræ. Græcis uero nominibus: quæ latinis respondeant: quinque hæc genera a Fabio explicantur. εν δοξον nāque dicitur honestum siue glorioſum: quod εν δοξα hoc ē hominum opinione fit: ἀδοξον humile ac uile quod in nulla sit hominum opinione. ἀμφίδοξον du-

bium. παραδο/ξον præter opini onem & ideo ad/ mirabile. δυσπα ρακολουθητον obſcurum: quod difficulter quis aſ ſequi poteſt. Ma xime ubi fors cau ſæ. Frons ut lega/ tur ſenſus expo/ ſcit. Tunc enim frons cauſæ pa/ rum honeſta ui/ detur: cum præ ſe fert quandam impudentiam ac turpitudinem. Frons autem cau ſæ eſt ingreſſus ac principium cau/ ſæ. Et quidem quibus aduerſus hæc. Quidã non quidem legendũ eſt. & morem nõ mortem. & extra henda non extra/ hendæ. Eos autẽ reprehendit Fabi us qui ſibi mate/ rias fingunt: inſi nuationeſq; com ponunt. Cũ enim cauſæ ſint infini/ tæ: nihil aut cer/ te parum prode/ rit: quo modo in duabus tribuſue cauſis uti inſinua tione debeamus niſi generalia præ cepta didiceri/ mus. Vt pro Ra birio Poſthumo Cicero. Hoc nan/ que modo exor/ ditur. Siquis eſt Iudices: qui. C. Rabirium: quod fortunæ ſuæ fun datas atque opti/ me conſtitutas opes poteſtati re/ giæ libidinique commiſerit: re/ prehendendum putet: aſcribat ad iudicium ſuum, non modo meã:

ὄγκον. Sũt q̃bus recte uideatur adiici turpe: quod alii humili. alii admira bili ſubiiciũt. Admirabile aũt uocant quod eſt præter opinionem hominũ cõſtitutũ. In ancipiti maxime beniuolũ iudicẽ. i obſcuro docilẽ. i humili at tẽtũ parare debemus. Nã honeſtũ q̃dem ad cõciliationẽ ſatis p̃ ſe ualet. In admirabili & turpi remediis opus eſt. Et eo q̃dã exordiũ in duas diuidunt ptes: i principium & inſinuationem: ut ſit in principiis recta beniuolentiæ & attentiõis poſtulatio: quæ quia eſſe in turpi genere cauſæ non poſſit: Inſi nuatio ſurrepat animos: maxime ubi fors cauſæ non ſatis honeſta ẽ: uel q̃a res ſit improba: uel quia ab hominibus parũ p̃betur: aut ſi facie ipſa quo/q; præmitur: uel inuidioſa conſiſtentis ex diuerſo patroni: aut patris uel mi ſerabilis ſenis. cæci. infantis. Et quidem quibus aduerſus hæc modis ſit me/ dendum uerbo ius tradunt: materiaſque ſibi ipſi fingunt: & ad mortẽ acti onum perſequuntur. Sed cum hæc oriantur ex cauſis: quarum ſpecies cõ/ ſequi omnes nõ poſſumus: niſi generaliter comprehendantur: in infinitum ſunt extrahendæ. Q uare ſingulis conſilium ex p̃pria rõne naſcetur. Illud in uniuerſum præceptum ſit: ut ab iis quæ lædunt ad ea quæ proſunt refu/ giamus. Si enim cauſa laboramus: perſõa ſubueniat. ſi perſona: cauſa. ſi ni/ hil quod nos adiuuet erit: quæramus quid aduerſarium lædat. Nam ut op tabile eſt plus fauoris mereri: ſic p̃ximum odii minus. In iis quæ negari nõ poterunt: elaborandum: ut aut minora q̃ dictum eſt: aut alia mente facta: aut nihil ad præſentem quæſtionem pertinere: aut emendari poſſe pœnitẽ tia: aut ſatis iam punita uideantur. Ideoque agere aduocato q̃ litigatori fa/ cilius: quia & laudat ſine arrogantiæ crimine: & aliquãdo utiliter etiam re/ prehendere põt. Nam ſe quoque moueri interim finget: ut p̃ Rabirio po/ ſthumo Cicero: dum aditum ſibi ad aures facit: & auctoritatem induit ue ra ſentientis: quo magis credatur: uel defendenti eadem uel neganti. Ideoq; primum hoc intueamur litigatoris an aduocati perſona ſit utendum: quo/ tiens utrunq; fieri poteſt. Nam illud in ſchola liberum eſt. in foro rarũ: ut ſit idoneus ſuæ rei quiſque defẽſor. Declamaturus autem maxime poſitas in affectibus cauſas p̃riis perſonis debet induere. Hi ſunt enim qui mã/ dari nõ poſſunt. nec eadem ui perferuntur alieni animi: qua ſui motus. His etiam de cauſis inſinuatione uidetur opus eſſe: ſi aduerſarii actio iudicum animos occupauerit: uel ſi dicendum apud fatigatos eſt: quorum alterum promittendo noſtras probatiões: & aduerſas eluendo uitabimus. alterum & ſpe breuitatis: & iis quibus attentum fieri iudicem docuimus: & urbani/ tas opportuna reficit aios: & ũdecũque petita iudicis uoluptas leuat tediũ. Non inutilis etiam eſt ratio occupandi: quæ uidentur obſtare: ut Cicero dicit: ſcire ſe mirari quoſdam: q; is qui per tot annos defenderit multos. læ/ ſerit neminem: ad accuſandum Verrem deſcenderit. deinde oſtẽdit hãc ip ſam ſociorum defenſionem: quod ſchema prolepſis dicitur. Id cum ſit utile aliquando: nunc a declamatoribus quibuſdam pene ſemper aſſumitur: q fas non putant: niſi a contrario incipere. Negant Apollodorum ſecuti tres eſſe de quibus diximus præparandi iudicis partes. Sed multas ſpecies enu merant: ut ex moribus iudicis. ex opinionibus ad cauſam extra pertinenti/ bus. ex opinione de ipſa cauſa: quæ ſunt prope infinitæ: tum iis ex quibus

omnes cõstant cõtrouersiæ:psonis.factis.dictis.causis. tẽporibus. locis.occasiõibus cæteris:quas ueras eẽ fateor.Sed ĩ hæc tria genera recidere.Nã si iudicẽ beniuolũ.attentum.docilem habeo: quid amplius debeã optare nõ repio:cũ metus ipse qui maxime uidet esse extra hæc:& attentũ iudicẽ faciat:& ab aduerso fauore deterreat. Verum quoniã nõ est satis demonstrare discẽtibus: quæ sint in rõne prohœmii:sed dicẽdũ etiã quomõ ꝑfici facillime possint: hoc adiicio:ut dicturus ĩtueat. Quid.apud quẽ.pro quo.cõtra quẽ. quo tẽpore.quo loco.quo rex statu.qua uulgi fama dicẽdũ sit. qd iudicem sentire credibile sit ante q̃ ĩcipiamus.tum quid aut desideremus:aut deprecemur.ipsa illum natura eo ducet:ut sciat qd primum dicendũ sit.At nũc omne quod cœperit:prohœmiũ putant: & ut quicq; succurrerit:utiq; si aliqua sentẽtia blãdiat exordium. Multa aũt sine dubio & aliis partibus sũt causæ cõmunia.nihil tamen in quoq̃ melius dicit:q̃ ꝙ æque bene dici alibi nõ possit. Multum grãæ exordio est:quod ab actione aduersæ partis materiã trahit:hoc ipso quod non compositũ domi:sed ibi:atq; e re natum:& facilitate famam ingenii auget:& facie simplicis sũptiq; ex proxio sermõis fidem quoq; acquirit:adeo ut etiam si reliqua scripta atq; elaborata sint:tamen plerunq; uideatur tota extemporalis oõ: cuius initium nihil præparatũ habuisse manifestũ est.Frequẽtissime uero prohœmium decebit:& sententiarum & compositiõis & uocis & uultus modestia:adeo ut in genere causæ etiam indubitabili fiducia se ipsa nimium exercere non debeat.Odit enĩ iudex fere litigantis securitatẽ:cumq; ius suũ intelligat:tacitus reuerẽtiam postulat.Nec minus diligenter:ne suspecti simus ĩ ulla ꝑte uitandũ: ꝓpter quod minime ostentari debet in prĩcipiis cura:qa uidet ars oĩno dicentis contra iudicem adhiberi:Sed ipsum istud euitare sũmæ artis.Nam id sine dubio ab omnibus:& quidem optime præceptum est. Verum aliquatenus temporũ conditiõe mutat:quia iam quibusdam in iudiciis maximeq; capitalibus:ut apud centũuiros:ipsi iudices exigunt sollicitas & accuratas actiones: contẽniq; se:nisi in dicendo etiã diligentia appareat credũt.nec doceri tantũ:sed etiã delectari uolũt.Et ẽ difficilis huius rei moderatio: quæ tamen ita temperari põt:ut uideamur accurate non callide dicere. Illud ex præceptis ueteribus manet:ne quod insolens uerbum. ne audacius translatum.ne aut obsoleta uetustate:aut poetica licẽtia sumptũ in principio deprehendatur.Nondum enĩ recepti sumus. & custodit nos recens audientium intẽtio.magis cõciliatis animis: & iam calentibus hæc libertas feretur:maximeq; cum ĩ locos fuerimus ingressi:quorum naturalis ubertas licentiã uerbi notari circunfuso nitore non patitur.Nec argumentis autem:nec locis: nec narrationi similis esse in prohœmio debet oratio.Nec tamẽ deducta semper atq; circunlata:sed sæpe simplici ac ĩelaboratæ similis: nec uerbis uultuque nimia promittẽs.Dissimulata enim & ut græci dicunt:αγεπιφορ τοσ actio melius sæpe surrepit.Sed hæc prosed huius eẽ ipsius qui cõmissit sentẽtiam.& quæ sequũtur. Quod schema προλη ψισ dicit.προλη ψισ sniæ figura est:quæ præsumptio ad uerbũ transferri põt.Hac aũt figura utunt: qui tacitis obiectionibus occurrũt:ea ꝙ occupãt quæ contra dici possent. Nihil aũt ĩ quoq; Pro quoq; legẽdũ est quoq̃.

Adeo ut ĩ genere causæ ẽt ĩdubitabili fiducia se ipa nimiũ exercere nõ debeat.Sic qdẽ recte legi uidet.Sed nisi c.lĩa expuncta exerere legat: uerus sensus non ꝓcipietur. Exerere nãque est detegere atq; denudare.Fiduciã uero Fabius in ꝓhœmio tegendã non denudandã atq; ostentandã esse ait. Nec minus diligenter:ne suspecti simus in ulla parte uitandum.Pro ulla legẽdũ est illa:ne Fabius inepte præcipere uideatur. Diligẽter.n.uitãdum est:ne ĩ illa parte hoc est ꝓhœmio suspecti iudici uideamur:ne forte putet nos sibi artificiosa oõne isidiari. Maximeq; cum in locos fuerimus ĩgressi.Quos appellat hic Fabius locos? An locos cõmunes proprioq; uniuscuiusq; causæ qbus & magna uis iudicũ nimis affert & factum unum quodq; laudatur aut uituperat.ac iustum uel iniustum.maius uel minus.asperius aut mitius esse ꝓbatur.ac deniq; quibus iudex mouetur.Huiusmodi uero loci:ut Fabius ipse in quinto præcipit:interdum singulis quæstionibus subiiciuntur Nec ignoro locos uocari ẽt propositionum sedes:unde ad propositam causam conueniens trahitur propositio ut in causa coniecturali Petitionem testium. uoluntatem.potestatem.& similes qui etiam principales loci a quibusdam uocantur.a quibus secundarii etiam loci dicuntur:unde argumenta dicuntur.Nam locus proprie est argumenti sedes. Sed de huiusmodi locis Fabius hic

non sentitur. Dissimulata enim etiam ut graeci dicunt: ἀνεπιφορᾶ τοῦ actio melius saepe surrepit ἀνεπιφορᾶ τοῦ remissa ac sine ostentatione interpretari potest hoc est modesta ac sine ullo tumore. Cum uitiosum prohœmium possit uideri cicatricosa facies. ut similitudinis aduerbium mihi ascribendum uidetur hoc modo. ut cicatricosa facies. hoc é aut cicatricum plena. Sunt autem cicatrices uulnerũ consolidatorum signa: quæ maxime faciem deturpare solent. Qui nauem impegit. Hoc est uado & harenæ illisit. Ab impingendo autem quod ex in & pango est compositum praeterium impegi declinatur

Qui ἀποστροφὴ dicitur. ἀποστροφὴ auersio proprie transferri potest

Quanta superstitione. Qua pro quanta rectius legeretur. Dare hanc figuram sententiæ uires. Aut per præpositio est ascribenda. aut figura ut ablatiui sit casus est legendum. Acriores enim fiunt sensus figuris cum uerborum: tum sententiarum. Si flexum illi mutaueris. Nõ illi sed illum est legendum. hoc est: illam conuersionem sermonis ad Aeschynem. Nisi cui diuina illa pro ligario Ironia. Vaticinatus esse Fabius uidetur quosdam futuros: quibus illa Ironia diuina pro ligario displiceret. Nam Georgio Cretensi qui Trapezuntius maluit appellari: adeo displicet: ut Fabium quoque alterum eloquẽtiæ Romanæ specimen. q̃q̃ ut sus Minerua: reprehendens irri-

ut formari animum iudicum expediet. Turbari memoria uel cõtinuandi uerba facultate destitui: nusq̃ turpius: cum uitiosum prohœmium possit uideri cicatricosa facies. & pessimus certe gubernator: qui nauem dum portum egreditur impegit. Modus autem principii pro causa. Nã breuius simplices. longius perplexæ suspectæq; & ĩfames desiderant. Ridendi uero q uelut leges, phœmiis omnibus dederunt: ut ĩtra quatuor sensus terminarent. Nec minus euitãda ẽ immodica eius longitudo: ne in caput excreuisse uideat: & quo præparari debet fatiget. Sermonẽ a persona iudicis auersum: qui ἀποστροφὴ dicitur: quidam ĩ totum a prohœmio summouẽt: nonnulla quidem in hanc persuasionem ratione ducti. Nã prorsus eẽ hoc magis secundum naturã confitendum est: ut eos alloquamur potissimum: quos cõciliare nobis studemus. Interim tamẽ & ẽ hoc prohœmio necessarius sensus aliqs: & iis acrior fit atq; uehemẽtior ad personam directus alterius. Quod si accidat: quo iure aut quãta supstitiõe prohibemur dare hac figura sẽtentiæ uires: nec enim istud scriptores artiũ: non quia non liceat: sed quia nõ putãt utile: uetãt. Ita si uincet utilitas: propter eãdem causam facere debemus propter quã uetamur. Et Demosthenes aũt ad Eschynem orationẽ in prohœmio cõuertit. Et. M. Tullius tum p aliis quibusdã: ad quos ei uisum est: tum pro Ligario ad Tuberonem. Nã erit multo futura languidior: si esset aliter figurata: quod facilius cognoscet si quis illam totã partem uehemẽtissimã: cuius hæc forma est. Habes igitur Tubero: quod est accusatori maxime optãdũ: & cætera: conuertat ad iudicẽ: tum uero enim uere auersa uideatur oratio & langueſcat uis omnis dicentibus nobis. Habet igit Tubero: quod é accusatori maxie optandum. illo enim modo pressit atq; istitit. hoc tantũ indicasset: quod idẽ in Demosthene: si flexũ illi mutaueris: accidet. Quid: non Salustius directo ad Ciceronem: ĩ quẽ ipsũ dicebat: usus est principio: & quidẽ protinus: Grauiter & iniquo aio maledicta tua paterer. M. Tulli. Sicut & Cicero fecerat ĩ Catilinã. quousq; tã dẽ abutere patiẽtia nostra: ac nequis apostrophen miret: ipse Cicero pro Scauro ambitus reo: quæ causa est in cõmentariis. Nã bis eundẽ defendit. psopopœia loquẽtis pro reo utit. pro Rabirio uero posthumo: eodẽq; Scauro reo repetũda; etiã exemplis. pro Cluẽtio: ut mõ ostendi: partitiõe. Nõ tamẽ hæc quia possunt bene aliquãdo fieri pas sim facienda sũt. sed quotiens præceptũ uicerit ratio. quomodo & similitudine dum breui. & translatiõe atq; aliis tropis. quæ omnia cauti illi ac dilligentes prohibẽt: utemur ĩterĩ: nisi cui illa diuina pro Ligario ironia: de qua paulo ãte dixeram: displicet. Alia exordiorũ uitia uerius tradiderũt: quod in plures causas accommodari potest: uulgare dicitur id: minus fauorabile: aliquando tamen non iutiliter assumimus a magnis sæpe oratoribus nõ euitatum. Quo & aduersarius uti põt: cõmune appellat. quod aduersarius in suã utilitatẽ deflectere potest: cõmutabile. quod causæ nõ cohæret: separatũ. quod aliũde trahitur: trãslatũ. Præterea quod lõgũ. quod cõtra præcepta ẽ: quorũ ple-

raq; nō principii mō ſūt uitia:ſed totius oīonis. Hæc de ꝓhœmio quotiens erit uſus.non ſemper autem ē.Nam & ſupuacuum aliquando eſt:ut ſi præparatus ſatis etiam ſine hoc iudex:aut ſi res præparatione non eget.Ariſtoteles quidem in totum id neceſſarium apud bonos iudices negat.aliquando tamen uti nec ſi uelimus eo licet:cū iudex occupatus. cū anguſta ſūt tēpora.cū maior poteſtas ab ipſa re cogit incipere. Contraq; eſt īterim ꝓhœmii uis etiā non ī exordio. Nam iudices & ī narratione nōnuq̄ & in argumētis:ut attendant: & ut faueant rogamus.Quo prodicus uelut dormitantes eos excitari putabat:q̄le eſt cū.C. Varenus:qui a familia anchariana occiſus ē.hoc quæſo iudices diligēter attēdite. Vtiq; ſi multiplex cā eſt:ſua quibuſq; partibus danda præfatio ē: ut audite nunc reliqua.& tranſeo nūc illuc.Sed in ipſis probationibus multa funguntur prohœmii uice:ut facit Cicero pro Cluentio:dicturus contra cenſores. pro Muræna cum Seruio ſe excuſat. Verū id frequentius ē q̄ ut exemplo cōfirmādum ſit.Quotiens aūt prohœmio fuerimus uſi:tum ſiue ad expoſitionem trāſibimus:ſiue protinus ad ꝓbationem id debebit in principio poſtremū eſſe:cui cōmodiſſime iungi initium conſequentium.Illa uero frigida & puerilis eſt in ſcholis affectatio :ut ipſe tranſitus efficiat aliquā utiq; ſententiā. Et huius uelut præſtigiæ plauſum petat:ut Ouidius laſciuire ī metamorphoſi ſolet:quem tamē excuſare neceſſitas pōt res diuerſiſſimas in ſpeciem unius corporis colligentem. oratori uero quid eſt neceſſe ſurripere hanc tranſgreſſionem & iudicem fallere:qui ut ordini rerum animum intēdat:etiam cōmonendus eſt.peribit enim prima pars expoſitionis:ſi iudex nondum narrari ſciet.Qua propter ut non abrupte cadere in narrationem: ita non obſcure tranſcendere eſt optimum.Si uero lōgior ſequetur:ac perplexa magis expoſitio: ad eam ipſam præparandus iudex erit:ut Cicero ſæpius:ſed hoc loco fecit:paulo longius exordiū rei demonſtrandæ gratia repetam:quod quæſo iudices ne moleſte patiamini.Principiis enim cognitis multo facilius extrema ītelligetis.Hæc mihi fere ſunt de exordio comperta.

II. De narratione.

Maxime naturale ē:& fieri frequētiſſime debet:ut præparato ꝓ hæc quæ dicta ſūt iudice: res de qua pronunciaturus ē indicet.Ea eſt narratio ī qua ſciens tranſcurrā ſubtiles nimium diuiſiones quorundam plura eius genera facientium.Non enim ſolam uolunt eſſe illam negocii de quo apud iudices quæritur expoſitionem:ſed perſonæ ut.M.Atilius palicanus humili loco picēs magis loquax q̄ facundus: deat.Sed cum diuina ſit: minime eſt mirandum ſi Trapezuntius elegantiæ latinæ ignarus eam percipere non potuit. Vt ſit præparatus. Si particulam aſcribi ſenſus integritas expoſcit:hoc modo.ut ſi ſit præparatus. Quale eſt cum.C.Varenus. Illa cum particula ut redundans uidetur expungenda. Cui commodiſſime iungi initium conſequentiam. Poſſit uerbum librariorum īcuria prætermiſſum aſcribatur:ne ſenſus imperfectus relinquatur. Affectio.Corrupte quidem ſic legitur.Emendate uero affectatio.Quidam enim affectant & omnibus conantur uiribus:ut in tranſitu ipſo a prohœmio ad narrationem aliquis acutus ſenſus efficiatur. Surripere. occultare furtimque eripere tranſgreſſionis & tranſitus notitiam. Vt Cicero ſæpius: ſed hoc loco fecit. Aliquid mihi deeſſe huic ſenſui uidetur.Aut enim potiſſimum aut qd tale recte forſitan aſcriberetur. Cicero uero pro Cluentio hoc fecit. Inquit enim.Paulo longius exordium & quæ Fabius ipſe ſubiicit.

Maxime naturale eſt. Quæ de narratione quoque præcepta tradit Fabius ita ſunt aperta: ut ſi mendæ abſint: nihil expoſitione opus eſſe uideatur.Primum autem narrationem merito ſubiici exordio ait. Deinde narrationis infert diuiſionem.Tum utq; ſemper narrandum quærit.Et an ſemper prohœmio ſubiicienda narratio.ac quando & quo modo narrandum ſit docet.Eſt antem narratio rei de qua pronunciaturus eſt iudex expoſitio. Vt.M. Attilius Palicanus.De Ciceronis oīone pro Cluētio deſcriptū eſt hoc exēplum.

Oppidum est in Hellespōto. De quarta Ciceronis in uerrem actione sumptum est hoc narrationis principium. Chrysogonus postq̄ est nominatus. In oratiōe Ciceronis pro Roscio Amerino sensus quidem hic habetur: uerba uero ipsa alia leguntur. Sic enim Cicero inquit. Vsque eo animaduerti iudices eum iocari atque alias res agere ante q̄ Chrysogonum nōminauit: quem simul atque attigi: statim homo se erexit. mirari uisus est. Intellexi quid eum pupugisset. Iterum ac tertio nominaui. postea homines cursare ultro & citro nō destiterunt. Credo qui Chrysogono nunciarent esse aliquem in ciuitate: qui contra uoluntatem eius dicere auderet. aliter causam agi: atque ille existimauit. aperiri bonorum emptionē. uexari pessime societatem. gratiam potētiamque eius negligi. Iudices diligenter attendere. populo rem indignā uideri. Nam ὑποτύπωσιν non est habenda narratio. ὑποτύπωσις: designatio siue informatio dicitur: quando quid ita describitur: ut oculis cerni uideat.

Quod falsum esse coarguitur. Pluribus ablatiuus in quibusdam exemplaribus recte mihi ascriptus uidetur. hoc modo. Quod falsum esse pluribus coarguitur. Complures nanque subiiciuntur rationes.

Pubertas annis an habitu æstimetur. Ad pubertatem æstimandam olim puerorum pudenda inspiciēbantur: quam obseruationem Iustinianus se sustulisse libro quinto Codicis titulo Quādo tutores uel curatores esse desinunt: his uerbis testatur. Indecoram obseruationē in examinanda marium pubertate resecātes: iubemus quemadmodū fœminæ post ipletos. xii. annos oēs pubescere uidentur: ita mares post excessum. xiiii. annoꝝ puberes existimentur: Indagatione corporis inhonesta cessante. Hoc idem legitur etiā in istitutiōibus titulo. Quibus modis tutela finit. Aut cū est qdē iure narrationi locus. Sic qdē legit sed iure mihi ociosū ac supfluū eē uidet. Idcirco pro iure i re eē legēdū facile cōtēderi. Nā iterdū i re nulla est narratio. ut exposuit Fabius. Interdū ē qdē i re narratiōi locus: sed qa iudici res ipa ē nota narratōe supsedet. Accidit aliquādo alteri: & sæpius ad actorē causæ. Hic quoq; locus: tāetsi ita legat: mihi tamē corruptus eē uī. Nō. n. ad actorē cāæ legēdū ē sed ab actore cāæ ē: hoc é p actore cāæ. Id qd apte exēpla apposita declarāt. Ex stipulatōe. hic distinguēdū ē. Vt aūt inqt Paulus in sētētiis li. qnto. obligationū firmādaꝝ gra stipulatōes iductæ sūt: quæ q̄dā uerboꝝ solēnitate cōcipiunt. ita appellatæ quod per eas firmitas obligationū obstrīgat. Stipulū. n. ueteres firmū appellabāt. Et ordo & cū causa facti pro aduersario magis est. Cum præpositio ut superflua est eradenda. Causa nanque facti si exponatur p Horatio ē. Idcirco. n. sororē iteremit: q ea i tāta populi Romani uictoria flere p hostiū cæde uidit. Et cū id qd obiicit. Et copula ut redūdās & supuacua ē eradēda: ut legat cū id qd obiicit. Vt in eū q cū pecuniā. In loci: ut Opidum est in hellespōto lampsacum iudices. temporis: ut Vere nouo gelidus canis cum mōtibus humor Liq̄tur. causarum quibus historici frequentissime utuntur: cum exponunt: ūde bellū. seditio. pestilentia. præter hæc alias perfectas. alias imperfectas uocant. quod quis ignorat? Adiiciunt expositionem & præteritorum esse tempoꝝ: quæ ē frequentissima: & præsentium: qualis est Ciceronis de discursu amicorum. Chrysogonus postq̄ est nominatus. & futurorū quæ solis dari uaticinātibus potest. Nam ὑποτύπωσιν nō est habenda narratio. sed nos potioribus uacemus. Pleriq; sē per narrandum putauerūt: quod falsum esse coarguit. Sūt enim ante oīa quædā tā breues causæ: ut ꝓpositiōem potius habeant q̄ narrationē. Id accidit aliquādo utriq; pti: cum uel nulla expositio ē: uel de re cōstat: de iure quærit: ut apud cētūuiros: filius an frater debeat eē intestati hæres. pubertas annis: an habitu corporis æstimet. aut cū est quidē iure narratiōi locus. sed aut ante iudici nota sūt oīa. aut priore loco recte expōsita. accidit aliquādo alteri: & sæpius ad actorē causæ. uel quia satis ē ꝓponere. uel quia sic māgis expedit. satis ē dixisse certam creditā pecuniā peto ex stipulatiōe. legatū peto ex testamēto. diuersæ ptis expōsitō ē: cur ea nō debeat. & satis ē actori: & magis expedit sic īdicāre. dico ab Horatio sororem suā iterfectā. Nāq; & cū ꝓpōne iudex crimē oē cognoscit. & ordo & cū cā facti ꝓ aduersario magis ē. reus cōtra tunc narrationē subtrahit: & cū id quod obiicit: nec negari nec excusari pōt: sed i sola iuris qōne consistit: ut in eum q cū pecuniā priuatā ex æde sacra surripuit: sacrilegii reus ē: cōfessio uerecūdior ē q̄ expositio. non negamus pecuniā de tēplo eē sublatā. calūniat tamē accusator actiōe sacrilegii: cū priuata fuerit nō sacra. uos aūt de hoc cognoscitis: an sacrilegium sit admissū. Sed ut has aliquādo nō narrādi cās puto: sic ab illis dissētio: q nō esse narrādū existimēt: cū reus quod obiicit: tātū negat. In q̄ ē opinione Cornelius Celsus: q cōditionis huius esse arbitrat pleraſq; cædis cās: & oēs ābitus ac repetūdarū. Nō enī putat eē narrationē: nisi quæ sūmā criminis: de quo iudiciū est: cōtinet. Deinde fatetur ipse pro Rabirio posthu-

mo narrasse Ciceronem. atq; ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam: qua de re erat quæstio constituta. Et ī hac narratione nihil de crimine exposuit. Ego autem magnos alioqui secutus auctores duas esse in iudiciis narratiōum species existimo: alteram ipsius causæ. alteram rerum ad causam pertinentium expositionem. non occidi hominem. nulla narratio est: conuenit. Sed erit aliqua & interim etiam longa circa argumenta eius criminis de ante acta uita. de causis propter quas innocens in periculum deducatur. aliis quibus incredibile id quod obiicitur fiat. nec enim accusator hoc tantum dicit occidisti. sed quibus id probat narrat: ut in tragœdiis: cum Teucer Vlyxem reū facit Aiacis occisi: dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cum gladio cruento: non id modo Vlyxes respondet: non esse a se id facinus admissum: sed sibi nullas cū Aiace inimicitias fuisse. de laude inter ipsos certatum. Deinde subiungit quomō in eam solitudinem uenerit. iacentem exanimem sic cōspicatus: gladium e uulnere extraxerit. his subtexit argumentatio. Sed ne illud quidem sine narratione est dicente accusatore. fuisti in eo loco in quo tuus inimicus occisus est. nō fui. dicendum enim ubi fuerit. Quare ambitus quoq; causæ & repetundarum hoc etiam plures eiusmodi narrationes habere poterunt: quo plura crimina. In quibus ipsa quidem neganda sunt. sed argumentis expositione contraria resistendum: & ĩterdum singulis. ĩterdū uniuersis. an reus ambitus male narrabit: quos parentes habuerit. quemadmodū ipse uixerit. qbus meritis fretus ad petitionem descenderit: aut qui repetundarum insimulabitur: nonne ante actam uitam: & quibus de causis per prouinciam uniuersam uel accusatorem aut testem offenderit: non inutiliter exponet: quæ si narratio non est: ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima: cuius est initium. A. Cluētius habitus. nihil eni hic de ueneficio: sed de causis: qbus ei mater inimica sit: dicit. Illæ quoq; sunt pertinentes ad causam: sed non ipsius causæ narrationes: uel exempli gratia: ut in Verrem de. L. Domitio: qui pastorem: q; is aprum quem ipsi inueniri optulerat: exceptum esse a se uenabulo confessus esset: in crucem sustulit. uel excutiendi alicuius extrinsecus criminis: ut pro Rabirio posthumo. Nam ut uentum alexandriā est iudices: hæc una ratio a rege proposita posthumo est seruandæ pecuniæ: si curationem & quasi dispensationem regiam suscepisset. uel augēdi ut describitur iter Verris. ficta interim narratio introduci solet: uel ad cōcitandos iudices: ut pro Roscio contra Chrysogonum: cuius paulo āte habui mētionē. uel ad soluēdos aliq; urbanitate: ut p Cluētio cōtra frēs Cepasios. ĩterdū p digressionē decoris grā: qlis rursus ī Verrē de pserpia. ī his quōdā locis mater filiā quæsisse dr. Quæ oīa eo ptinēt: ut appeat nō utiq; nō narrar eū q negat: sed illd ipsum narrare qd negat. nec hoc qdē simplr accipi-

eo ut legatur grammaticæ ratio expoſcit. Calumniatur tamen accuſator actione ſacrilegii. Nos teneri ſubaudiatur: ſi non eſt aſcribendum. Atque ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam. Atqui legendum uidetur non atque. Opinionē enim Celſi reprobat Fabius. Cōfutationibus aūt atqui particula maxime conuenit. Accuſatus autē fuit Rabirius Poſthumus: quod pecuniam a rege Ptolemæo accepiſſet qua ſenatum corrūperet. Aliis quibus incredibile id quod obiicitur fiat. Que copula aſcribenda uidet ut legat. Aliiſq; quibus.

Quo plura crimina. Quod mihi uidetur eſſe legendum. Cauſam enim aſſignat cur plures futuræ ſint narratōes in cauſis ambitus & repetundarum.

Et quibus de cauſis per prouīciam uniuerſam uel accuſatorem aut teſtem offenderit. Licet per recte legi uideatur pleriſque. ego tamen contēderim per præpoſitionem eradendam ac loco eius uel cōiunctionē reponēdam. Facile. n. accidere poteſt ut præſes pconſulue acrius tributa exigēdo aliudue faciendo totā offendat puīciam. Quē ipſi inueniri optulerat. Muneri emēdate in aliis legit exēplaribus. Hoc autē Cicero narrat ſeptima in uerrē actiōe. Vetus eſt iquit quod dicā: & ppter ſeueritatē exēpli nemini fortaſſe ueſtrū iauditū. L. Domitiū prætorē in Sicilia cū aperīgēs ad eū allatus eſſet: admiratū requiſiſſe. Quis eū pcuſſiſſet. cū audiſſet paſtorē cuiuſdā fuiſſe: eū ad ſe uocariiuſſit. illū cupide ad prætorē q̄ſi ad laudē & ad præmiū accurriſſe. Quæſiſſe Domitiū Qui tantā beſtiam pcuſſiſſet. Illū ſe reſpondiſſe uenabulo. Statim deīde iuſſu prætoris in crucē eſſe ſublatū. Vel augēdi ut deſcribitur iter uerris. Tertia in uerrē actione ſic deſcribere iter uerris. M. Tullius ingreditur. Nam ut iſte profectus eſt: quacunque iter fecit: eiuſmodi fuit: non ut legatus populi Romani: ſed ut quædam calamitas puadere uideret: & quæ ſequūt plixiora q̄ ut hic ſint dſcribēda

Sed aliquando magis ut consentiat. Aliquãto.d. expũcta ac.t.ascripta legendũ est. Quod qui opinentur nõ possunt uideri nulla narratione ducti. Pro narratõe legẽdum esse rõne neminẽ dubitare puto. Sed aliter ꝑ.L.Murænа quoq; postea narrauit: cũ obiecta diluit. Cicero Murænã ãbitus reũ defendẽs anteq̃ narret: obiecta sibi a.M.Catone ac Seruio Sulpitio ita refutat: ut ostendat se merito eam defensionem suscepisse: id qđ Cato Sulpitiusq; uitio dabant. Quod fiet utiliter quotiens non crimẽ non repellendum tãtum. Non particula priore loco posita ut cessans omnino est eradenda. Erunt quædam causæ nec id raro crimini quidẽ de quo cognitum est: faciles ad diluendum. Emẽdatiõe idiget hic locus. Non enim crimini: sed crimen. non cognitũ: sed cognitio ut legat sensus exposcit. hoc modo. Et erũt quædam causæ: nec id raro: crimen quidem de quo cognitio est: faciles ad diluendum. Quæ prius amouẽda sunt. Sic quidem recte legi uidetur: sed forsitan amolienda hoc est diluda rectius legeretur. Quã ueneficiis. Veneficii littera s erasa legendum esse ex oratione quoq; Ciceronis pro Cælio aperte colligi potest.

Deinde cũ narret de bonis paulatim. Aut cum particula uidetur expungenda. aut tum loco eius ascribẽda Nam cum pro petitore & expositõe tanq̃ priores agãt. uti solent. Dicũt librariorũ negligentia prætermissũ: est ascribendũ: ut legamus Nã cum pro petitore dicunt.

pecuniam priuatam de tẽplo sustulit.sacrilegii agitur.de sacrilegio cognoscitis:ut iudex itelligat:id unũ esse officii sui quærere:an id quod obiicitur sacrilegium sit.Itẽ in causis obscuris ac multiplicibus.nec semper propter hoc solum:ut sit causa lucidior:sed aliquando etiam ut magis moueat.mouet autem si ꝓtinus subtexantur aliqua quæ prosint.lex aperte scripta ẽ: ut peregrinus qui murum ascẽderit:morte mulctetur.Peregrinum te esse certum est:qui si ascẽderis murum non quæritur.quid supereſt? nisi ut te puniri oporteat.Hæc enim propositio confessionem aduersarii premit: & quodãmodo iudicandi moram tollit.nec indicat quæstionẽ:sed adiuuat. Sũt autem propositiones & simplices & duplices uel multiplices.quod accidit nõ uno mõ.nam & plura crimina iũgũtur:ut cũ Socrates accusatus ẽ q̃ corrũperet iuuentutẽ:& nouas supstitiones introduceret. & singula ex pluribus colligunt̃:ut cũ legatio male gesta obiicit̃ Aeschyni.q̃ mentitus sit.q̃ nihil ex mãdatis fecerit.q̃ moratus sit.q̃ munera accepit. Recusatio quoq; plures iteri ꝓpones hẽt.ut cõtra petitionẽ pecuniæ.male petis.ꝓcuratori.n.tibi eẽ nõ licuit.sed nec illi cuius noie litigas hñe ꝓcuratorẽ.sed neq; es hæres eius a quo accepisse mutuũ dicor.nec ipsi debui.multiplicari hæc in q̃tũlibet possunt.sed rem ostẽdisse satis ẽ.Hæc si ponantur singulæ subiectis probationibus:plures erunt propositiones.si coniungãtur i partitionem cadunt.Et est nuda propositio:qualis fere in cõiecturalibus. cædis ago.furtum obiicio.est ratione subiecta:ut maiestatem minuit Caius Cornelius.nam codicẽ tribunus plebis ipse pro cõcione legit. Præter hoc utimur propositione aut nostra:ut adulteriũ obiicio.aut aduersarii ut adulterii mecum agitur.aut communi ut inter me & aduersarium quæstio est:uter sit intestato propior. nonnunq̃ diuersas quoque coniungimus. Ego hoc dico. aduersarius hoc. habet interim uim propositionis:etiam si per se non est propositio:cum exposito rerum ordine subiicimus.de his cognoscitis.ut sit hæc cõmonitio iudicis:quo se ad quæstionẽ acrius intendat:& uelut quodã tactu excitatus finem eẽ narrationis:& initium probationis intelligat:& nobis confirmationẽ ingredientibus ipse quodãmodo nouum audiendi sumat exordium.

V. De partitione.

Partitio ẽ nostraꝝ aut aduersarii ꝓpositionũ:aut utrarũq̃ ordine collata enumeratio.Hac q̃dã utendũ semp putãt:quod de ea fiat cã lucidior: & iudex itentior & docilior: si scierit & de quo dicimus:& de quo dicturi postea sumus.Rursus q̃dã piculosũ id oratori arbitrãt̃ duabus ex causis:quod nõnũq̃ excidere soleãt quæ ꝓmisimus.Et siq̃ i ptiẽdo præteri erimus occurrere.Quod q̃dẽ nemini accidit:nisi q plane uel nullo fuerit ingenio:uel ad agendũ nihil cogitati præmeditatiq; detulerit.Alioqn quæ tam manifesta & lucida ẽ ratio:q̃ rectæ ꝓtitiõis:? seq̃t̃.n.naturã ducẽ: adeo ut memoriæ id maximũ sit auxiliũ:uia dicẽdi nõ deceđ̃.Qua ꝓpne illos q̃dẽ ꝓbaueri:q ptitionẽ uetãt ultra tris ꝓpones extẽdere: quæ sine dubio si nimiũ sit multiplex:fugiet memoriã iudicis:& turbabit itẽtionẽ. Hoc tamẽ nũero uelut lege nõ ẽ alligãda:cũ possit cã plures desiderare.Alia sunt magis ꝓp quæ ptitiõe nõ ẽ sẽp utẽdũ:primũ qa pleraq; gratiora sũt:si iuẽta subito:nec domo allata: sed iter dicẽdũ ẽ re ipsa nata uideãt̃. ũde illa nõ iucũda schemata.pene excidit mihi.& fugerat me.& recte admões.ꝓpo-

subiicit fabius:nõ de fine sed de nomine quæraꝭ:per definitionẽ uero explicẽ̃: pro fine forsitã noie est legendũ: tãetsi oia exẽplaria quæ uiderim refragẽtur Est aũt thema declamatoriũ maxime notũ. Sunt aũt ꝓpositiões & simplices & duplices uel multiplices.Et loco uel legẽdũ est.Multiplices aũt sunt ꝓpositiones: quæ res plures duabus cõtinẽt. Et est nuda propositio.Est uerbũ i primũ locum est transferẽdũ.ut legatur Est & nuda ꝓpositio.

Partitio est nr̃aꝝ. Partitiõis quæ ab aliis diuisio dr̃:primũ descriptionẽ assignat Fabius.deinde an ea semper sit utendũ ut quidam putãt:describit:tum quæ in partitiõe custodienda sunt subiungit. Quod de ea fiat causa lucidior Et loco de præpositionis esse legendũ facilequæ subiiciuntur ostẽdũt.

Quapropter ne illos quidẽ probauerim.Hoc q̃dẽ i rhetoricis ad Herẽnium præcipit̃. Sed auctorem Fabius nõ nominat nõ taciturus si Ciceronis illud esse opus putasset.

Sed iter dicẽdũ est re ipsa nata uideantur.E præpositio loco est uerbi reponẽda uidetur.ut sit e reipsa.

Affectibus turbationibus & ab intentione auferẽdus auditor. Est loco & copulæ nemo nõ uidet esse legendũ. Quo cognoscendi iudiciũ conamur auferre. Cognoscenti loco cognoscendi legendum est.

Et si unum crimen uarie defendimus supuacua. At legendum esse loco illius copulæ & manifeste sensus ostendit. Vt si illa partiamur. Ita legendũ est nõ illa. Postremo iudiciũ pecuniæ temptatum. Loco pecuniæ legendum esse pecuniane admonitione quidem dignum esse uidetur. De illo quoque genere defensionis plerique dubitant. Si occidi recte feci. Sed nõ occidi. Huiusmodi genus defensionis κατευχασιν και αντιπαράχασιν græci uocant. Apud nos quod sciam nomẽ non habet Per ificiationem & obsistentiã quidam appellant. Interdum autem ευχασισ. Interdum præponitur αντιπαραχασισ. At siqd eo qđ ẽ fortius timebimus. In præpositio ascribenda uidetur ut in eo legatur.

Quod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariam legem. Cicero pro Cluentio asserit Cluẽtium ipsũ corrupti iudicii accusatum be-

sitis enĩ probationibus ois in reliquũ gratia nouitatis præcerpit. Interim uero etiã fallẽdus ẽ iudex: & uariis artibus subeundus: ut aliud agi q̃ quod nos petimus putet. Nã ẽ nõnũq̃ dura ꝓpositio: quã iudex si ꝓuidet: nõ aliter præformidat q̃ qui ferrũ medici ante q̃ curetur aspexit. at si re non ãte proposita securũ: ac nulla denũciatione ĩ se conuersum ĩtrarit oratio: efficiet qđ ꝓmittẽti nõ crederet. Interi refugienda nõ mõ distinctio quæstionũ ẽ: sed oio tractatio. affectibus turbatõibus: & ab intentiõe auferẽdus auditor. nõ. n. solũ oratoris ẽ docere: sed plus eloquẽtia circa mouẽdũ ualet. Cui rei cõtraria est maxie tenuis illa: & scrupulosæ in ptes secta diuisiõis diligẽtia: eo tempore quo cognoscendi iudiciũ conamur aufere. Quid: quod ĩterim quæ p se leuia sũt & infirma: turba ualẽt: Ideoq̃ congerẽda sũt potius: & uelut eruptione pugnandũ. quod tamen rarum eẽ debet: & ex necessitate demum. Cũ ipsũ hoc quod dissimile ratiõi est: coegerit ratio. Præterhæc ĩ omni ptitiõe est utiq̃ aliquid potẽtissimũ: quod cũ audiuit iudex: cætera tanq̃ supuacua grauari solet. Itaq̃ si plura uel obiicienda sũt: uel diluenda utilis & iucũda ptitio: ut quod quaq̃ de re dicturi sumus: ordine appareat. Et si unũ crimẽ uarie defẽderimus superuacua: ut si illa ptiamur. dicam nõ talẽ esse hũc quẽ tueor: ut ĩ eo credibile uideri possit homicidiũ. dicã occidendi causam huic nõ fuisse. dicam hũc eo tpe quo hõ occisus ẽ trãsmare fuisse. Oĩa quæ ante q̃ id quod ultimum est exequaris: inania uideri necesse est. Festinat. n. iudex ad id quod potẽtissimũ ẽ: & uelut obligatũ ꝓmisso patronũ: si est patiẽtior tacitus appellat: si uel occupatus: si uel in aliqua potestate: uel etiã si sit moribus incõpositus cũ cõuitio efflagitat. Itaq̃ nõ defuerũt q Ciceronis illã ꝓ Cluentio ptitionẽ ĩprobarẽt: q̃ se dicturum eẽ promisserit. Primũ neminẽ maioribus criminibus. grauioribus testibus in iudiciũ uocatũ q̃ Opianicũ. deinde præiudicia eẽ facta ab iis ipsis iudicibus: a quibus dãnatus sit. Postremo iudiciũ pecuniæ tẽptatũ nõ a Cluẽtio: sed contra Cluentiũ: qa si ꝓbari posset: quod est tertiũ: nihil necesse fuerit dicere priora. Rursus nemo erit tã aut ĩiustus: aut stultus qn eũ optime fateat ꝓ Muræna eẽ ptitũ. Intelligo iudices tres totius accusatiõis ptes fuisse: & eaq̃ unã in reprehẽsione uitæ. alterã ĩ cõtentione dignitatis. tertiam ĩ criminibus ãbitus eẽ uersatã. Nã sic & ostendit lucidissime cãm: & nihil fecit altero supuacuũ. De illo quoq̃ genere defẽsiõis pleriq̃ dubitãt. si occidi recte feci, sed nõ occidi. quo prius. n. ptiere: si sequẽs firmũ sit: Hæc ĩuicem obstare & utroq̃ utẽtibꝰ ĩ neutro haberi fidẽ. qđ sane ĩ pte uerũ ẽ. ẽt illo se quẽti: si mõ ĩdubitabile sit: ẽ solo utẽdũ. At siqd eo qđ ẽ fortius tiẽbius: utraq̃ ꝓbatiõe nitemur. Alius. n. alio moueri solet. & q factũ putauit: iustũ credẽ põt. q tãq̃ iusto nõ mouebit: factũ fortasse nõ credt. ut certa mãus uno tælo posset eẽ cõtẽta. ĩcertæ plura spgẽda sũt: ut sit & fortunæ locus. Egregie uero Cicero ꝓ Milone ĩsidiatorẽ prio Clodiũ ostẽdit. tũ addit ex abundãti: ẽt si id nõ fuisset: talẽ tamẽ ciuẽ cũ sũma uirtute interfectoris & gloria necari potuisse. Nec ullũ tamẽ ordinẽ: đ quo prius dixi: dãnaueri. qa quæ dã & si ipsa sint dura: ĩ id tamẽ ualẽt: ut ea molliãt quæ sequũt. nec oio sine rõne ẽ id qđ uulgo dr. iniquũ petẽdũ: ut æquũ feras. qđ tamẽ nemo sic accipiat: ut oĩa credat audẽda. Recte. n. græci præcipiũt nõ tẽptãda: quæ oio effici nõ possũt. Sed quotiẽs hac de q̃ loquor: duplici defẽsiõe utemur:

neficio legis nolle defendi his uerbis. Quid ergo est? quæret fortasse quispiam. Displiceat ne mihi legū præsidio a capite periculum propulsare? Mihi uero iudices nō displicet. Sed utor instituto meo, in hominis honesti prudentisq; iudicio non solum meo consilio uti consueui: sed multum etiam eius quem defendo & consilio & uoluntati obtempero. Nam ut hæc ad me causa delata est: qui leges eas ad quas adhibemur: & ī quibus uersamur: nosse deberem: dixi habito statim: de eo qui coisset: quo quis condemnaretur: illum esse liberum. teneri autem nostrum ordinem. Atq; ille me orare & obsecrare cœpit: ut ne sese lege defenderem. Cum ego

id laborandū est: ut in illā partē sequentē fides ex priore ducatur. Pōt enī uideri: q tuto etiā cōfessurus fuit: mentiēdi causam ī negādo nō habere. & illud utiq; faciēdū ē: ut quotiens suspicabimur a iudice aliā probationem desiderari: q̄ de quo loquimur: promittamus nos plene: & statim de eo satis eē facturos: præcipueq; si de pudore agit. Frequenter aūt accidit ut cā parum uerecunda iure tuta sit. de quo ne inuiti iudices audiant & aduersi: frequentius sūt admonēdi secuturā defensionē probitatis ac dignitatis. expectēt paulū: & agi ordine sinat. Q uædā interim nos & inuitis litigatoribus simulādum est dicere. Q uod Cicero pro Cluentio facit circa iudiciariā legē. Non nunq̄ quasi interpellemur ab his subsistere. Sæpe aduertēda ad ipsos oratio. Hortandi ut sinant nos uti nostro consilio. Ita surrepetur animo iudicis. & dum sperat ꝓbationē pudoris: asperioribus illis minus repugnabit. Q uæ cū receperit etiā uerecūdiæ defēsioni facilior erit. Sic utraq; res ī uicem iuuabit. Eritq; iudex circa ius nostrum spe modestiæ attētior. circa modestiam iuris probatione procliuior. Sed ut nō semp necessaria: aut etiā supuacua partitio ē: ita opportune adhibita plurimū orationi lucis & gratiæ cōfert. Neq; n. id solū efficit: ut clariora fiāt quæ dicūtur rebus uelut ex turba extractis: & in cōspectu iudicum positis: sed reficit quoq; audientē. certo singularū partium fine: non aliter q̄ facientibus iter multum detrahūt fatigatiōis notata inscriptis lapidibus spacia. Nam & exaustis laboribus nosse mensuram uoluptati ē: & hortatur ad reliqua fortius exequēda scire quātum superst. Nihil enim longum uideri necesse est: ī quo qd ultimum sit certum est. Nec immerito multum ex diligentia partiendi tulit laudis. Q . Hortensius: cuius tamen diuisionē in digitos diductam: nonnūq̄ Cicero leuiter eludit. Nam est certus suus modus. & euitanda utiq; maxime concisa nimiū: & uelut articulosa partitio. Nam & auctoritati plurimū detrahūt minuta illa: nec iam membra sed frusta: & huius gloriæ cupidi quo subtilius & copiosius diuisisse uideātur: & superuacua assumunt: & quæ natura singularia sūt secant: nec tamen plura faciunt q̄ minora. Deinde cum fecerit mille ꝑticulas: in eandem incidunt obscuritatem: contra quam partitio inuenta est. Diuisa & simplex propositio quotiens utiliter adhiberi potest. primum debet esse aperta atque lucida. Nā quid sit turpius: q̄ id esse obscurum ipsum: quod in eum solū adhibetur usum: ne sint cætera obscura? tum breuis nec ullo

quæ mihi uiderentur dicerem: traduxit me ad suam sententiam. Affirmabat enim lachrymans non se cupidiorem esse ciuitatis retinendæ q̄ existimationis. Morē homini gessi. & quæ sequuntur. Nec immerito multū ex diligētia partiēdi tulit laudis. Q . Hortensius. De Q . Hortēsii diligētia partiendi & Cicero meminit prima ī uerrē actōe cōtra. Q . Ceciliū loquēs. Quid? inqt cū accusatiōis tuæ mēbra diuidere cœperit. & ī digitis suis singulas partes causæ cōstituere? Nā est certus suus modus. Sic qdē pleriscq; recte legi uidet. Sed forsitā nō suus uerū eius emēdate legeret. Nec tamē plura faciūt q̄ minora. Tam legēdū esse q̄ particula apte declarat. Diuisa & simplex propositio. Cum de partitione diuisioneq; Fabius hoc loco præcipiat: diuisio fortassis pro illo participio diuisa: ac ut loco illius & copulæ recte legeret: hoc modo. Diuisio ut simplex propositio Præcipit enim Fabius diuisionem ut simplicem propositionem apertam dilucidamq; esse debere. Duas autem diuisionis partes Fabius exponit: quas artium scriptores seiunctionem uocant & distributionem Seiunctio est enim per quam exponimus quid nobis cum aduersariis conuenit: quid in controuersia relīquatur: ut in causa Horestis accusator ita partitur. Interfectā esse matrem ab Horeste conuenit mihi cū aduersariis iure ne fecerit & licuerit ne facere id in controuersia est. Distributio uero est: qua exponimus qbus de rebus dicturi sumus. Hanc in duas partes diuidūt: expositionē & enumerationem: ut sit expositio sine numero. enumeratio uero qua numero exponimus quot de rebus dicturi sumus. Distributio aūt oīs res habere tres debet breuitatē. absolutionem. paucitatem. Breuitas est quæ facit: ut nullum nisi necessariū uerbū assumatur. Absolutio est quæ facit ut omnia quæ in causā īcidunt genera cōprehendantur. Paucitas est: quæ facit: ut genera sola rerū: de qbus dicturi sumus cōplectamur. Nec uideo quodnā cōmodius

exẽplum ad hæc oĩa possit afferri: q̃ Ciceronis diuisionẽ ꝑ lege Manilia. Primum inquit mihi uidet degenere belli. deinde de magnitudine tũ de Impatore deligẽdo eẽ dicẽdũ. Nõ. n. de quo dicimus. Quid dicamus emẽdare iqbusdã legit exẽplaribꝫ. Quod i genere ptiri sit satis. Pro genere ut legat genera grammatices rõ exposcit. ut. n. in spẽs. sic i genera recte qd ptiri dicimur. Nã Cicero quæ ꝑ lege Manilia dicturus erat: i genera diuisit: ut paulo ãte dixi. Ea uero genera i spẽs deinde ptitus ẽ. Vt si dicã de uirtute iustitia. Si ꝓticula ut redũdãs sẽsũq; ꝓturbãs uidet eradẽda. Partitio primaẽ. Deprauatus mihi qdẽ uidet hic sẽsus. Cur. n. illa sit pria ptitio cũ neq; scda sit neq; tertia? Quare ꝑ prima forsian ꝓponit uel promit recte legeretur.

Raphaelis Regii in deprauationes quinti libri oratoriæ Quintiliani institutionis annotationes.

Verũt & clari qdẽ auctores
f Quã necessaria sit oratori ꝓbãdi rõ: quæ & cõfirmationẽ cõplectit & refutationẽ: pspicue hac breui Fabius ostẽdit præfatiõe. Simul ꝓbatõis ipius diuisionẽ ex Aristotelis rhetoricis sũptã apte sic describit: ut nullius expõis: si mẽdæ absint: idigere uideat. Quibus solũ uideret oratoris officiũ docere Ex Ciceronis snĩa: quã & Fabius in tertio seqt: tria debet præstare orator: ut doceat. moueat. delectet. Docere nãq; necessitatis ẽ. delectare uoluptatis. mouere uictoriæ. Eoꝝ aũt auctoꝝ unũ fuisse ẽt Aristotelẽ facile ex eius rhetoricoꝝ ꝓlogo pspici põt. In eo nãq; demõstrat maxime ꝓpriũ eẽ oratoris docere. Nec uoluptatẽ audientiũ petere. Sic qdẽ legit i oĩbꝫ: quæ mihi uidere cõtigit exẽplaribꝫ: sed nisi corrigat uidebit Fabius id negare: qđ affirmare itendit. Delectare. n. audiẽtes dicẽdo nõ mõ supfluũ eẽ qdã aiũt: sed uix ẽt uiro dignũ. Quare nec ꝓticula negatiua ab aliquo semidoctoꝝ ascripta mihi uidet eradẽda: ac eius loco & copula reponẽda: hoc mõ. Et uoluptatẽ audiẽtiũ petere. Et quæ aduerso ꝓponerent reputare. Ex præpõ ascribẽda uidet ut ex aduerso legat. Eoꝝ aũt qputauerũt ꝓpriũ ac ꝑcipuũ opus oratoris sua cõfirmare & quæ ex aduerso dicerent refutare: ẽ & Aristoteles & auctor rhetoricoꝝ ad Hereniũ. Sic. n. inqt. Tota spes uicẽdi rõq; psuadẽdi i cõfirmatõe & cõfutatõe posita est. Nã cũ argumẽta nra exposuerimus cõtrariaq; dissoluerimus: absolute nimirũ munus oratoriũ confecerimus.

C prima qdẽ illa ptitio. Cũ
a hic de ꝓbatõe præcipe iciat Fabius: hoc caput a pfatiõe uidet seiũgẽdũ ac de ꝓbationũ diuisione iscribẽdũ. Iõq; illas ατεχνους id ẽ iartificiales uocauerũt Sic qdẽ legit i oĩbꝫ quæ egouideri. superuacuo onerata uerbo. Nõ enim de quo dicimus: sed de quo dicturi sumus ostendimus. optinendum etiam nequid in ea desit. nequid supersit. Supereſt autem sic fere: cum aut i species partimur: quod in genere ptiri sit satis. aut genere posito subiicitur species: ut si dicam de uirtute. iustitia. continentia. cum iustitia atq; continentia uirtutis sint species. Partitio prima est: quid sit de quo conueniat. quid de quo ambigatur in eo quod conuenit: quid aduersarius fateatur. quid nos i eo de quo ambigitur: quæ dicturi sumus. quæ nostræ propositiões. quæ partis diuersæ. Turpissimum uero non eodem ordine exequi: quo quicq; proposueris.

M. Fabii Quintiliani de istitutiõe oratoria Liber qntus.

Prologus

FVerunt & clari quidem auctores: quibus solum uideretur oratoris officium docere. Nãq; & affectus duplici ratiõe excludẽdos putabãt. Primum quia uitium esset omnis animi perturbatio. Deinde qa iudicẽ a ueritate depelli misericordia uel ira similibusq; nõ oporteret. nec uoluptatẽ audiẽtiũ peteret: cũ uincẽdi gratia tãtũ diceretur: non mõ agẽti superuacuũ: sed uix etiã uiro dignũ arbitrabãt. plures uero q nec ab illis sine dubio partibus rationẽ orãdi summouerũt: hoc tamen ꝓpriũ atq; præcipuum crediderunt opus: sua cõfirmare & quæ aduerso proponerentur refutare. Vtruncunq; est (nec enim hoc loco meã iterpono sentẽtiã) hic erit liber illoꝝ opinione maxie necessarius: quo toto hæc sola tractãt: qbꝫ sane & ea quæ de iudicialibꝫ causis iã dicta sũt seruiũt. Nã neq; ꝓhœmii nec narratiõis alius usus: q̃ ut iudicẽ præparent: & status nosse: atq; ea de qbꝫ supra scripsimus: ituери supuacuũ foret: nisi ad hãc puẽiremus. Deniq; ex qnq; q̃s iudicialis materiæ fecimus: ptibus quæcũq; alia põt aliquãdo necessaria causæ nõ eẽ. lis nulla est: cui ꝓbatiõe opus nõ sit: Eius præcepta sic optime diuisuri uidemur: ut prius quæ i cõe ad oẽs qõnes pti nẽt ostẽdamus. Deinde quæ in quoq; causæ genere ꝓpria sũt exequamur. I. De probationum diuisione.

a C pria qdẽ illa partitio ab Aristotele tradita consensum fere oĩum meruit. a lias eẽ ꝓbatiõe: q̃s extra dicẽdi rõnẽ acciperet orator. alias q̃s ex cã traheret ipse: & quodã mõ gigneret: ideoque illas ατεχνους id est inartificiales uocauerunt. ex illo priore genere sunt præiudicia. rumores. tormenta. tabulæ: iusiurandũ: testes i quibus pars maxia cõtentionũ

exemplaribus & recte legi clarissimis quoq; professoribus uidetur. Sed ego uel grandi pignore depositó contenderim aliquid flagitii librariorũ incuria hic fuisse admissum: quod nunc mihi demũ fuit animaduersum. Aliquid enim deesse huic loco necessarium: facile ex iis quæ sequuntur: acutius intuenti patet. Neq; enim Fabius ex illo priore genere præiudicia & reliqua esse diceret: quod proximum esset. Illud nanq; pronomen nõ ad proxima sed ad remotiora referri solere: notius est q̃ ut sit admonendum. Quare mihi quinque hæc uerba similitudine duarum dictionum a librariis prætermissa, hactenusq; a nullo professorum reposita: mihi uidentur ascribenda. Has ευτεχνους id est artificiales. ut legamus ideoq; illas ατεχνους id est inartificiales. has ευτεχνους id est artificiales uocauerunt. Sic enim & illesa cõseruabitur Fabii elegantia: & integer sensus habebitur. Nam Aristoteles in primo de arte rhetorica libro, sic diuidit probationes: ut earum alias ευτεχνους hoc est ex arte constantes alias ατεχνους hoc est artis expertes uocet. Aut contradici solent. Nota hypodiastolès ita apponatur ut contradici duo esse uerba uideãtur. Tamen præiudiciorum uis omnis tribus ī generibus uersatur. Tamen particula ut ab initio omni aliena uidetur eradenda ac eius loco Nam: qua particula sensus quoq; copulantur: est ascribenda. Præiudicium autẽ Asconius Pædianus sic definit. Præiudiciũ dicit̃ res quæ cum statuta fuerit: affert iudicaturis exemplum: quod sequantur. Iudicium est res quæ causam litemq; dererminat. Rebus quæ aliquando ex partibus causis sunt iudicatæ Paribus t littera expũcta legendum esse constat. Res iudicata autem dicitur ut inquit ulp. libro digestorũ quadragesimosecundo de re iudicata: Quæ finem controuersiarum pnunciatione iudicis accipit: quod uel condemnatione uel absolutione contingit. Vt de rescissis patrũ testamentis. Valerius Maximus in

forensium consistit. sed ut ipsa carent arte per se: ita summis eloquentiæ uiribus & alleuanda sunt plerũq; & refellenda. Quare mihi uidentur magnopere damnandi: qui totũ hoc genus a præceptis remouerunt. Nec tamen in animo est omnia quæ pro his aut dici aut contradici solent complecti. Nõ enim cõmunes locos tradere destinamus: quod esset operis infiniti: sed uim quandam atq; rationem. Quibus demonstratis non modo in exequendo suas quisq; uires debet adhibere Sed etiã inueniendo similia: ut quæq; conditio litium poscet. Nec enim de omnibus causis dicere quisq̃ potest: saltem præteritis: ut taceã de futuris. Nã præiudiciorum uis omnis tribus in generibus uersatur: rebus quæ aliquando ex partibus causis sunt iudicatæ: quæ exempla rectius dicuntur: ut de rescissis patrum testamentis: uel contra in filios confirmatis. iudiciis ad ipsam causam pertinẽtibus: Vnde etiam nomen dictum est: qualia in Opianicum facta dicũtur: & a senatu aduersus Milonem. aut cum de eadem causa pronunciatum ẽ: ut in reis deportatis: & assertione secunda: & de partibus centumuiralium: quæ in duas hastas diuisæ sunt. Confirmant̃ præcipue duobus auctoritate eorum: qui pronunciauerunt: & similitudine rer̃ de q̃bus quærit̃. Refellunt̃ ãt raro p cõtumeliã iudicũ: nisi forte manifesta in iis culpa erit. Vult enī cognoscentium quisque firmam esse alterius sententiam: & ipse pronunciaturus exemplum non libenter: quod in se fortasse recidat facit. Confugiendũ ergo est ī duobus supioribus

septimo & de testamentis quæ rescissa sunt. & de testamentis quæ rata manserunt: duo capita inscripsit. Quare illa legat qui plura in huius loci expositionem uidere cupit. Ea uero testamenta quæ rescinduntur atque rumpuntur: inofficiosa a iureconsultis appellantur. Legibus enim cautum est ut liberi inique aut exhæredati aut prætermissi de inofficioso testamento agere possint hoc colore: quasi non sanæ mentis fuerint parentes: cum testamentum ordinarent: cum ex officio pietatis id non condiderint. Sed hæc apud iurisconsultos diffusius. Vnde etiam nomen dictum est. Ductum rectius forsitan q̃ dictum legeretur: ut intelligatur deductum atque deriuatum. Qualia in Opianicum facta dicuntur. Ex oratione Ciceronis pro Cluentio aperte colligitur: Opianicum ueneficii ab ipso Cluentio accusatum duobus præiudiciis fuisse damnatum. Nam & Scamandri Fabritiorum liberti: qui accepta pecunia uenenum præparārat: & Fabritii patroni qui conscius erat: damnatione: opianicus quoque qui illud curauerat præparandum: condemnatus esse uidebatur. Et a senatu aduersus Milonem. Senatus ut in Ciceronis oratione pro Milone legitur: iudicauit eam cædem qua. P. Clodius occisus est: contra rempublicam fuisse factam. Hoc autem senatus decretum contra Milonem præiudicium esse uidebatur. Vt in reis deportatis & assertione secunda. & de partibus centumuiralium quæ ī duas hastas diuisæ sunt. Reos deportatos generali er omnes dici: qui in insulã aliũue locũ relegantur: cũ ex titulo de interdictis & relegatis & deportatis. tum ex iis quæ ibi a priscis iurecõsultis scribuntur: aperte colligitur. Qui uero cupit & deportatorum & relegatorum aliorumue statum suum quomodocunque mutantiũ definitiones plene intelligere: uideat iustiniani institutiones in titulo de capitis diminutione. Huiusmodi autem reor̃ iã deportatorum causæ iterum etiã nũ agunt̃: ac restituuntur: ut titulus de

ſententiam paſſis & reſtitutis declarat. & ad eum ulpianus cum inquit. Deportatus ſi reſtituatur: dignitatem quidem indulgentia principis recuperabit. De aſſertione uero tollenda extat titulus in ſeptimo Codicis Iuſtiniani ex cuius conſtitutione aperte percipitur aſſertiones & bis & ter apud priſcos fuiſſe tractatas. Sic enim iubet imperator illis legibus quæ dudū ex ſecunda & tertia uice aſſertorias lites examinari præcipiebant: in poſteꝝ conquieſcentibus: definitionem in ſuis manere uiribus: cū prouocatio nulla oblata fuit. & quæ ſequunt. De partibus autem centumuiralium etiam Valerius meminit in capite de reſciſſis iudiciis. Idcirco autem centūuiralia iudicia in duas haſtas fortaſſe diuiſa fuiſſe dicuntur: quod in alteris de ciuilibus ī alteris de criminalibus cauſis ageret. ut nūc fit Venetiis a quadragīta uiris: quoꝝ alteri criminales alteri ciuiles cauſas ab aliis iam deciſas recognoſcunt. Si id non cōtinget aut eadē cauſa erit actionum incuſanda negligētia aut de infirmitate perſonaꝝ querēdū. Ac copula uidetur aſcribenda. Aut uero in locū ſuū trāſferēda. ac loco actionū actoꝝ eſſe legēdum. & pro infirmitate ſcribēdum ifirmitate. hoc modo. Si id nō continget: ac eadem cauſa erit: aut actoꝝ icuſanda negligentia. aut de infirmitate perſonaꝝ querendū. Cōtra quas erit iudicium. Iudicatum legēdū eſſe ne dubitandū quidē eſt. Abſolutos Clodiū atq; Catilinā. Catilina repetundaꝝ accuſatus ab Afris: quā ꝓuiciā prætor obtinuerat abſolutus eſt: Cicerone ut ait Feneſtella defendente. Cui tamen Pædianus non aſſentitur. Famā atq; rumores. Fama eſt ut in topicis Cicero ait: uulgi ac multitudinis quoddā teſtimonium. Fraude inimicoꝝ falſa uulgarium. Loco uulgarium legēdum eſſe uulgantium facile eſt uidere.

Sicut in tormētis quoq;. Tormēta dicuntur etiam quæſtiones. unde ulpianus de iniuriis & famoſis libellis. Quæſtionem intelligere debemus tormenta & corporis dolores ad eruendā ueritatem. Quod aliis patientia. Alii inquit ſunt tanta patientia & duricia: ut facile tormenta omneſque cruciatus contēnant: neque illis ueritas ullo dolore exprimi poſſit. Contra alii ſunt tam molles & infirmi: ut quoduis fateri etiam ſi ſit falſum q̄ tormenta pati malint. Vnde illud uulgatum. Mētietur in tormētis qui dolorem pati poteſt. mentietur qui pati nō poteſt. Contra tabulas quoque ſæpe dictum. ſæpe dicendum eſt. Tabulæ pro teſtamentis ſcriptiſque aliis quæ inſtrumenta dicuntur in plurali duntaxat declinantur. Vnde ulpianus. De iniuſto. rupto. irrito facto teſtamento. Si binæ tabulæ proferantur diuerſis temporibus factæ: unæ prius. alteræ poſtea. utræque tamen ſeptem teſtium ſignis ſignatæ. & apertæ poſteriores uacuæ inuentæ ſint. id eſt nihil ſcriptum habentes: omnino ſuperius teſtamentum ruptum non erit: quia ſequens nullum eſt. Cum ſit autem in his aut ſcelus ſignatorum aut ignorantia: tutius ac

ſi res feret: ad aliquam diſſimilitudinem cauſæ. Vix autem ulla eſt per omnia alteri ſimilis. ſi id non continget: aut eadē cauſa erit actionum incuſanda negligentia: aut de informitate perſonarum querendum contra quas erit iudicium: aut de gratia quæ teſtes corruperit: aut de inuidia: aut de ignorātia: aut inueniendum quid cauſæ poſtea acceſſerit. Quorū ſi nihil erit: licet tamen dicere multas iudiciorū cauſas ad inique pronunciandum ualere. Ideoq; damnatum Rutiliū. abſolutos Clodium atq; Catilinam. rogandi etiam iudices ut rē potius intueantur ipſam: q̄ iurriurando alieno ſuum donēt. Aduerſus conſulta autem ſenatus & decreta principū & magiſtratuū: remedium nullum eſt: niſi aut inuenta quantulūcūq; cauſæ differētia: aut aliqua uel eorundem poteſtatis hominū poſterior cōſtitutio: quæ ſit priori contraria: quæ ſi deerūt lis non erit. Famam atq; rumores pars altera cōſenſū ciuitatis & uelut publicū teſtimoniū uocat. altera ſermonem ſine ullo certo auctore diſperſum: cui malignitas initiū dederit. incrementum credulitas: quod ulli non etiā īnocētiſſimo poſſet accidere fraude inimicorum falſa uulgariū. exempla utrinq; non deerunt. Sicut ī tormētis quoq;: qui eſt locus frequentiſſimus: cū pars altera quæſtionem uera fatendi neceſſitatem uocet. altera ſæpe etiam cauſam falſa dicendi. q; aliis patientia facile mendatium faciat. aliis īfirmitas neceſſariū: quid attinet plura de his? plenæ ſunt orationes ueterū ac nouorum. Quædam tamen in hac parte erūt propria cuiuſq; litis. Nam ſiue de habenda quæſtione agetur: plurimum intererit: quis aut quem poſtulet: aut offerat: & in quem: & ex qua cauſa: ſiue iam erit habita: quis ei præfuerit. quis & quomodo ſit tortus. an credibilia dixit. an inter ſe conſtantia. per ſeuerauerit in eo quod cœperat. an aliqd dolore mutauerit: prima ꝑte quæſtiōis: an ꝓcedēte cruciatu: quæ utriq; tā īfinita ſūt q̄ ipſaꝝ reꝝ uarietas. Cōtra tabulas quoq; ſæpe dictū. ſæpe dicēdū ē: cū eas nō ſolū refelli: ſed ēt accuſari ſciamus eē uſitatū. cū ſit āt ī his aut ſcelus ſignatoꝝ: aut ignorātia: tutius ac facilius id qđ ſecundo loco dixius: tractaꝫ: q;. ſ. pauciores

Signatores dicuntur

ac facilius id quod secundo loco diximus: tractat: q; scilicet pauciores rei fiũt. Sed hoc ipsũ argumẽta ex causa trahit: si forte aut incredibile ẽ id actũ esse: quod tabulæ continẽt: aut ut frequẽtius euenit aliis probationibus æque iartificialibus soluit: si aut is in quẽ signatũ est: aut aliquis signator dicitur abfuisse: uel prius esse defunctus. si tempora non congruũt. si uel antecedentia uel insequentia tabulis repugnant. inspectio ipsa etiam sæpe falsum deprehendit. Iusiurãdum litigatores aut offerunt suũ: aut non respuunt oblatum: aut ab aduersario exigũt: aut recusant: cum ab ipsis exigat. offerre suum sine ulla cõditione ut uel aduersarius iuret: fere improbũ est. qui tamen id faciet: aut uita se tuebitur: ut eum non sit credibile peierare: aut ipsa ui religionis: in qua & plus fidei consequitur si id egerit: ut non cupide ad hoc descendere: sed ne hoc quidem recusare uideatur: aut si causa patietur: modo litis: propter quam deuoturus se ipse non fuerit: aut si præter alia causa instrumẽtũ adiicit ex abundanti. Hãc quoq; conscientiæ fiduciam: qui non recipiet iniquam conditionẽ & a multis contẽni iurisiurandi metũ dicet. Cum & philosophi quidam sint reperti qui deos habere rerum humanarum curam negarent. Eum uero qui nullo offerente iurare sit paratus: & seipsũ uelle de causa sua pronunciare: & q̃ id quod offert leue ac facile credat ostẽdere. at is qui defert alioqui agere modeste uidetur cum litus aduersariũ iudicẽ faciat: & eum cuius cognitio est onere liberet: qui profecto alieno iureiurãdo stare q̃ suo mauult: quo difficilior recusatio est: nisi forte res est ea quã credibile sit notã ipsi non esse. quæ excusatio si deerit: hoc unum relinquet: ut inuidiam sibi quæri ab aduersario dicat: atq; id agi ut ĩ ea cã in qua uincere non possit: queri possit. Itaq; hominẽ q̃dem malum occupaturum hanc cõditionem fuisse. se aũt probare malle: quæ affirmet: q̃ dubiũ cuiq̃ relinquere: an peierarit. Sed nobis adolescẽtibus seniores in agẽdo facti præcipere solebãt: ne unq̃ iusiurãdũ deferre illius: sicut nec optio iudicis aduersario ẽ permittenda: nec exaduocatis partis aduersæ iudex eligendus. Nã si dicere cõtraria turpe aduocato uidet: certe turpius habẽdũ facere quod noceat. Maximus tamẽ patronis circa testimõia sudor ẽ. Ea dicũt aut per tabulas: aut a præsẽtibus. Sĩplicior cõtra tabulas pugna. Nã & minus uidet obstitisse pudor iter paucos signatores: & ꝑ diffidẽtia premit absẽtia. Si reprehẽsionẽ nõ capit ipsa pson̄a: ĩfamare signatores licet. Tacita præterea quæ dã significatio refragatur his oĩbus. q; nemo per tabulas dat testimonium nisi sua uoluntate: quo ipso non se esse amicum ei: contra quẽ dicit: fatet: nec tamẽ protinus cesserit orator: quo minus & amicus pro amico: & inimicus contra inimicum possit uerum: si integra sit ei fides: dicere. Sed late lo-

testes qui testamentis sua signa imprimunt ut ex ulpiani uerbis aperte colligitur. De tabulis exhibendis libro. xliii. Exhibere hoc est materiæ ipsius copiã facere. Exhibere ãt apud prætorẽ oportet: ut ex auctoritate eius signatores admoniti ueniãt ad signa recognoscẽda. Et si forte non obtẽperẽt testes: Labeo scribit coerceri eos a prætore debere.

Iusiurãdũ litigatores aut offerãt suũ. Iusiurãdũ sæpenumero litibus adhibet. Nã ut ingt Caius libro digestorũ duodecimo titulo de iureiurãdo: Maximũ remediũ expediendarũ litiũ in usum uenit iurisiurãdi religio: qua uel ex pactione ipsorũ litigatorũ: uel ex auctoritate iudicis deciduntur cõtrouersiæ. Offerre suũ sine ulla cõdicione: ut uel aduersarius iuret fere iprobũ est. Quãuis ita legat ac sensus integer eẽ uideat: Illa tamẽ pro ulla scribẽdũ eẽ audacter contẽderim. Quæ nãq; alia cõdicio ferri põt? Sic aũt esse legendũ ex illo Pauli quoq; dicto colligi potest. De iureiurãdo. Manifestæ ingt turpitudinis est & cõfessionis nolle nec iurare nec iusiurandum referre. Cum & philosophi quidẽ sint reperti. Quidã legendũ est non quidem. Philosophi autẽ qui negarunt deos esse: hi fere sunt: ut inquit Plutarchus de placitis philosophorum Diagoras Milesius & Theodorus Cyreneus. & Eumenus Tegentes. Epicurus uero deos quidem esse dixit. reꝝ uero humanarũ curã gerere negauit. Ne unq̃ iusiurandum deferre illius. genitiuo illius erasa deferremus est legendum. Cum litis aduersarium iudicẽ faciat. Iusurandum: Paulus inquit: ſpecie m transactionis continet: maiorem q; habet auctoritatem q̃ res iudicata.

Maximus tamen patronis circa testimonia sudor est. Testimonia quæ & testatationes dicũtur testiũ sunt dicta. Quamq̃ testimonia proprie ad absentes referantur. Vnde Callistratus Iurisconsultus libro uigesimosecundo de probationibus & præsumptionibus inquit. Idem Diuus Adrianus. L. Rufino proconsuli Macedoniæ rescripsit testibus se non testimoniis crediturum Et paulo post. gabino quoque Maximo idem princeps in hæc uerba rescripsit. Alia est auctoritas presentium testiũ: alia testimoniorũ: quæ recitari solent. Si reprehensionẽ

non capit ipſa perſona. Non ſolum priuati: ſed etiam magiſtratus interdum teſtimonia dicunt: Id quod faciendum eſſe præcipit Venuleius iuriſconſultus libro digeſtorum uigeſimo ſecundo De teſtibus. Curet inquit magiſtratus cuiuſcunq; loci teſtari uolentibus & ſeipſos & alios teſtes uel ſignatores præbere: quo facilius negotia explicentur & probatio rez ſalua ſit. Eſt hic cōmunis locus: cum pars altera nullā firmiorē probationem eſſe contēdit: q̄ quæ ſit hominū ſententia nixa. Licet mihi exēplaria refragētur: meo tamen periculo ſciētia pro ſentētia legendum eſſe affirmarim Non .n. ipſos eē teſtes: ſed iniuriatoꝝ afferre uoces. Ita quidē legiť: ſed cum iniuriari uerbū apud quenq̄ auctorē latinū: quod ſciā: nō iueniať: aliter q̄ iuiuriatoꝝ legēdū eē facile cōtenderim. Quid? quod iniuriatoꝝ etiā ſi latinū eſſet uerbū ſenſui tamē minime conueniret? Exponit nāq; Fabius quo mō auditionū teſtimonia eleuari poſſint. Quid uero ad hoc facit ſi iniuria affectoꝝ uoces a teſtibꝫ afferūť? Certe nihil, cū iteri ēt referanť necidcirco tamē minus teſtibꝫ fidei adhibeť. Quo mō igiť legēdū dicemus? An i uocali de medio expūcta iniuratoꝝ eſt legēdū? Teſtibus nanq; iuratis tū crediť: cū quæ ipſi uiderūt qbuſq; ipſi iterfuerūt: exponūt. Qui uero audita referūt q̄is iurati: fides iis nō eſt habēda. Nō. n. quæ ſciūt reſpōdēt: ſed iuratoꝝ hoc eſt eoꝝ qui nō iurarūt. uoces ſolū afferūt. Vt in cauſis repetūdaꝝ. u uocali in e cōuerſa & copula loco illius particule ut: uideť reponēda. Sufficiebāt alioq; libri duo a domitio Afro in hāc rem cōpoſiti: quē adoleſcētulus ſenē colui. Ex hoc quoq; loco manifeſte colligiť Fabiū ex Hiſpania nō ueniſſe cōductū a galba ad legēdā rhetoricā: ut diuus Hieronymus i libro de tpibus ſcribit: q fortaſſe patrē ꝑ filio accepit. Nā Fabii pť patrōus cāꝝ fuit egregius: cuius hoc dictū in nono ī exēplū afferť. Nolo īmoriaris legatōi. īmorare. Quo mō cōtigat explicabimus. Id ꝑnomen ut aſcribať ſēſus ītegritas expoſcit: ut legamus. Id quo mō cōtigat. Alteꝝ excuſatoribus tātū cōceſſū eſt. Accuſatoribus ꝑ excuſatoribus legēdū eē ut putē: adducor iis quæ paulo poſt de hoc teſtiū genere dicunť: qbꝫ lege denūciari ſolet. Huiuſmodi nāq; teſtibus ſoli accuſatores uti uidenť. Qui uolūtariū ꝑducit ſcire qd his dicturus ē pōt. Is citra aſpiratiōné & ſit legēdū eſt. Tenere aūt debemus iterrogationē teſtiū & accuſatoris & deſēſoris eē. & eius q ꝑducit & eius cōtra quē ꝑducuntur: ut ait Pædianus: id quod facile ex ipſius quoq; Quīctiliani uerbis colligi poteſt. Sed & plus cus uterq; tractatur. Cum præſentibus uero ingens dimicatio eſt. Itaq; uelut duplici contra eos proq; his acie confligiť actionum & interrogationum. In actionibus primum generaliter pro teſtibus atq; in teſtes dici ſolet. Eſt hic communis locus: cum pars altera nullam firmiorem probationem eſſe contendit: q̄ quæ ſit hominum ſententia nixa. Altera ad detrahendam illis fidem omnia: per quæ fieri ſoleant falſa teſtimonia: enumerat. Sequens ratio eſt: cum ſpecialiter quidē: ſed tamen multos pariter inuadere patroni ſolēt. Nam & gētium ſimul uniuerſarum eleuata teſtimōia ab oratoribus ſcimus: & tota genera teſtimoniorum. ut de auditionibus. non enim ipſos eſſe teſtes ſed iniuriatorum afferre uoces. ut ī cauſis repetundarum: qui ſe reo numeraſſe pecunias iurant: litigatorum non teſtium habendos loco. Interim aduerſus ſingulos dirigitur actio. Quod inſectationis genus & permixtum defenſioni legimus in orationibus plurimis: & ſeparati editum: ſicut ī Vatinium teſtem. Totum igitur excutiamus locum: quādo uniuerſam inſtitutionem aggreſſi ſumus. Sufficiebant alioqui libri duo a Domitio Afro in hanc rem compoſiti: quem adoleſcentulus ſenem colui: ut non lecta mihi tantum ea: ſed pleraq; ex ipſo ſint cognita. Is ueriſſime præcipit primum eſſe in hac parte officium oratoris: ut totam cauſā familiariter norit: quod ſine dubio ad omnia pertiet quomodo cōtingat explicabimus: cum ad deſtinatum huic parti locum uenerimus. Ea res ſuggeret materiam interrogationi: & ueluti tela ad manum ſubminiſtrabit. Eadē docebit ad quæ iudicis animus actione ſit præparandus. Debet enī uel fieri uel detrahi teſtibus fides oratione perpetua: quia ſic dictis quiſq; mouetur ut eſt ad credendum uel non credendū ante formatus. Et quoniam duo genera ſunt teſtium: aut uoluntarium: aut eorum quibus iudex publicis iudiciis lege denunciare ſolet: quorum altero utraq; pars utitur. alterum excuſatoribus tantum conceſſum eſt: ſeparemus officium dantis teſtes & refellētis. Qui uoluntarium producit ſcire quid is dicturus ſit: poteſt. Ideoque faciliorem uidetur in rogādo habere rationem. Sed hæc quoque pars acumen & uigilantiam poſcit. prouidendumque ne timidus. ne inconſtans. ne imprudens ſit teſtis. Turbantur enim & a patronis diuerſæ partis inducuntur in laqueum. Sed & plus deprehenſi nocent: q̄ firmi & interriti profuiſſent. Multum igitur domi ante uerſandi ac uariis percontationibus: quales haberi ab aduerſario poſſunt: explorandi ſunt. Sic fit ut aut con-

ſtent ſibi:aut ſiquid titubauerit opportuna rurſus eius a quo ꝓducti ſūt interrogatiōe uelut ī gradū reponant. In his quoq; adhuc q cōſtiterint ſibi uitandæ īſidiæ.nā frequēter ſubiici ab aduerſario ſolēt:& oīa ꝓfutura polliciti diuerſa reſpōdēt:& auctoritatē habent nō arguētiū illa:ſed confitentiū. Explorandū igitur quas cauſas lædendi aduerſariū afferant.nec id ſatis eſt inimicos fuiſſe.ſed an deſierint.an per hoc ipſū conciliari uelit.ne corrupti ſint. ne pœnitentia propoſitū mutauerint. Quod cū in iis quoq; q ea quæ dicturi uidentᵉ:re uera ſciunt:neceſſariū eſt præcauere:tum multo magis in iis q ſe dicturos quæ falſa ſunt pollicentur. Nam & frequentior eorum pœnitentia eſt:& promiſſum ſuſpectius:& ſi perſeuerauerint reprehenſio facilior. Eorū uero quibus denunciatur pars teſtium eſt:quæ reum lædere uelit.pars quæ nolit. Idq; interim ſcit accuſator.interim neſcit. fingamus in præſentia ſcire. In utroq; enī genere ſūmis artibus īterrogantis opus ē.nā ſi habet teſtē cupidum lædendi:cauere debet hoc ipſū:ne cupiditas eius appareat:nec ſtatim de eo qd in iudiciū uenit rogare:ſed aliquo circuitu ad id puenire:ut illi quod maxime dicere uoluit uideatur expreſſū.nec nimiū inſtare īterrogationi:ne ad omnia reſpondendo teſtis fidem ſuam minuat:ſed in tantum euocare eum:quantū ſumere ex uno ſatis eſt. At in eo qui uerum inuitus dicturus eſt:prima fœlicitas interrogātis eſt extorquere quod is noluerit.hoc nō alio modo fieri poteſt q̄ longius īterrogatione repetita. reſpondebit enī quæ nocere cauſæ nō arbitrabitur. Ex pluribus deīde quæ confeſſus erit:eo perducetur:ut quod dicere nō uult:negare non poſſit.nam ut in oratione ſparſa plerunq; colligimus argumenta:quæ per ſe nihil reum aggrauare uideā-tur.congregatione deinde eorum factum conuīcimus:ita huiuſmodi teſtis multa de ante actis.multa de inſecutis:loco:tempore.peſona:cæteriſq; eſt ī-terrogandus:ut in aliquod reſponſū īcidat:poſt quod illi uel fateri quæ uolumus neceſſe ſit:uel his quæ iam dixerat repugnare. Id ſi non contīgit: reliquum erit ut eum nolle dicere manifeſtum ſit:protrahenduſq; ut in aliquo quod uel extra cauſas ſit deprehendatᵉ.tenendus etiam diutius:ut oīa ac plura q̄ res deſiderat ꝓ reo dicēdo ſuſpectus iudici fiat:quo nō mīus nocebit q̄ ſi uera in reum dixiſſet. At ſi quod ſecūdo loco diximus neſciret actor:qd proponit teſtis attulerit:paulati & ut dicitᵉ pedetenti in īterrogando experietur animū eius:& ad id reſponſū quod eliciendum erit per gradus ducet. ſed qa nō nunq̄ ſūt hæ quoq; teſtiū artes:ut primo ad uolūtatem reſpondeant: quo maiore fide diuerſa poſtea dicāt:ē oratoris ſuſpectum teſtem dum prodeſt dimittere. Patronorum ī parte expeditior.ī parte difficilior īterrogatio ē.difficilior hoc quod raro unq̄ poſſunt ante iudiciū ſcire quod teſtis dicturus ſit. expeditior q̄ cū interrogandus ſit ſciūt quod dixerit. Itaq; quod in eo īcertū eſt:cura & īq̄ſitione opus ē.quis reū premat:quas & qbus ex cauſis inimicitias habuit:eaq; ī oratione prædicenda atq; admonēda ſūt:ſiue odio conflaros teſtes.ſiue inuidia.ſiue grā.ſiue pecunia uideri uolumus. & ſi deficietur numero pars diuerſa:paucitatem.ſi abundabit conſpirationem. ſi humiles producet uilitatem.ſi potentes gratiam oportebit inceſſere. plus tamē proderit cauſas propter quas reū lædant exponere:quæ ſūt uariæ & pro cōditione cuiuſq; litis aut litigatoris. Nā cōtra illa quæ ſupra diximus ſimili ratiōe reſponderi locis communibus ſolēt:quia ut in paucis atq; humilibus accu-

deprehendi nocēt. Deprehēſi legendum eſſe nemo non uidet.

Eſt oratoris ſuſpectum teſtē dum prodeſt dimittere. Sic quidem legitur. Sed niſi corrigatur: parum conueniēt quæ ſtatim ſubiiciūtur cum ſupioribus. Cur enim patronorum in parte expeditior. in parte difficilior ſit īterrogatio q̄ oratoris:cum patroni utiq; ſint oratores? Quare mihi ſic emendari poſſe uidetur:ut loco oratoris:reponatur accuſatoris. uel certe actoris. Actor nāque frequentiſſime ponitur pro accuſatore. Hactenus autem Fabius accuſatori præcepta tradidit: quæ ſeruet in iis rogādis teſtibus:quibus denunciatur. Quæ uero defenſoribus qui & patroni dicuntur in iiſdem rogandis teſtibus ſeruanda ſint:aperte ſubiicit. Itaq; quod in eo incertum eſt. Hic quidem uerborum duntaxat facta eſt perturbatio quæ ſē ſum nonnihil confundit. Caſtigate autem ſic legitur. Itaque in eo quod incertum eſt. Quia ut in paucis atque humilibus Et copula loco illius ut pticulæ

uidetur reponenda. hoc modo Quia & in paucis.

Quod neminem præ ter eos q putát ſcire. Qui/ dã loco illius uerbi putãt legũt poſſunt. Mihi uero quos & putarit: uidetur eſſe legẽdũ. Quod iis tẽ poribus quibus teſtis nõ poteſt infinitas actiões ro/ gabatur: & facilius & fre/ quẽtius fuit. Ita depraua tus eſt hic locus ut ſenſus elici nõ poſſit. Facile aũt emendaꝛ: ſi pro illa parti/ cula non reponaꝛ niſi. & poſt loco illius uerbi põt ac in præpoſitione expũ/ cta finitas legaꝛ. hoc mõ. Quod iis tpibus qbus te ſtis niſi poſt finitas actio/ nes rogabaꝛ. Reliquæ ſterrogandæ ſunt partes. Interrogãdi legendũ eſſe facile eſt uidere. In lõgũ ꝓtrahi poteſt. Vt nihil ex iis quæ ſentio prætermit tã: aliqđ epitheton huic mẽbro mihi deeſſe uide/ tur. Cũ. n. Fabius ſingulis uerbis ſingula epitheta adiecerit: alienũ ab ipſius elegãtia foret: ſi ultimum mẽbrũ appoſito nõ exor naſſet. Quodnã uero ſit aſcribẽdũ: nõ facile i tãta appoſito & multitudine auſim affirmare. Tametſi forſitan curioſus recte aſcriberẽ. Nã Curioſi fa cile in lõgũ protrahunt.

Illud fortuna interim præſtat: ut aliquid quod in ſe parum conſentiat a teſte dicaꝛ. Inter ſe legen/ dum eſſe non in ſe facile patet. In quibus aut di cant aliquid quod proſit: ut in mẽdacio. Aut in mẽ dacio legendum eſſe con ſtat. Sæpe inter ſe colli di ſolent hinc teſtatio hic teſtes. Teſtatio diciꝛ quæ ſcriptis fit ab iis qui abſẽ tes ſunt. Vnde Calliſtra/ tus iureconſultus libro uigeſimo ſecundo De pro bationibus & præſum/ ptionibus: inquit. Idẽ di/ uus Adrianus. L. Ruffino proconſuli Macedoniæ

ſator ſimplicitate gloriari põt: quod neminem præter eos qui putant ſcire quæſierit: & multos atq; honeſtos cõmẽdare aliquãdo ẽ facilius. Verum iterũ & ſingulos ut exornare: ita deſtruere cõtingit: aut recita/ tis ĩ actiõe: aut noĩatis teſtibus: quod iis temporibus quibus teſtis nõ põt infinitas actiones rogabatur: & facilius & frequẽtius fuit. Quid autem in quẽq; teſtium dicendum ſit ſumi niſi ex iꝑſorum perſonis non põt. reliquæ interrogandæ ſunt partes: qua in re primum ẽ noſſe teſtem. nã timidus terreri. ſtultus decipi. iracundus concitari. ambitio ſus iflari. in longũ protrahi poteſt. prudens uero & conſtans uel tanq̃ inimicus & puicax dimittẽdus ſtatim: uel nõ interrogatione: ſed bre/ui interlocutiõe patroni refutandus ẽ. aut aliquo ſi cõtinget urbane di cto refrigerandus: aut ſiquid in eius uitã dici poterit: ĩfamia criminũ deſtruendus. Probos quoſdam & uerecũdos nõ aſpere iceſſere ꝓfuit. nã ſæpe qui aduerſus inſectantem pugnaſſent: modeſtia mitigãtur. Omnis aũt interrogatio ẽ: aut ĩ cã: aut extra cauſam. in cauſa ſicut ac/ cuſatori peæcepimus: Patronus quoq; altius & ũde nihil ſuſpecti ſit: repetita percontatione priora ſequentibus applicando eo ſæpe per/ ducit hoies: ut inuitis quod proſit extorqueat. eius rei ſine dubio nec diſciplina ulla in ſcholis: nec exercitatio tradiꝛ: & naturali magis acu mine aut uſu cõtingit hæc uirtus. Siquod tamẽ exẽplum ad imitatio nem demõſtrandũ ſit: ſolũ ẽ quod ex dialogis ſocraticoꝝ maximeq; Platonis duci põt: ĩ quibus adeo ſcitæ ſũt iterrogationes: ut cum ĩ ple/riſq; bene reſpondeatur: res tamẽ ad illud quod uolunt efficere perue niat. illud fortuna interim præſtat: ut aliquid quod in ſe parũ conſen/tiat a teſte dicatur. interim quod ſæpius euenit: ut teſtis teſti diuerſa dicat. acuta autem interrogatio ad hoc quod caſu fieri ſolet etiam rati one perducet. Extra cauſam quoq; multa quæ proſint interrogari ſo/lent: de uita teſtium aliorum. de ſua quiſq;. ſi turpitudo. ſi humilitas. ſi amicitia accuſatoris. ſi inimicitie cum reo: in quibus aut dicãt aliquid quod proſit ut in mẽdacio uel cupiditate lædendi deprehẽdẽtur. Sed ĩ primis interrogatio debet eẽ circũſpecta: quia multa contra patro/nos uenuſte teſtis ſæpe reſpondet: eiq; præcipue uulgo fauetur: tum uerbis q̃ maxĩe ex medio ſũptis: ut q rogaꝛ. is aũt ẽ ſæpius & ĩperitus: itelligat: aut ne itelligere ſe neget: quod interrogãtis nõ leue frigus ẽ. Ille uero peſſimæ artes teſtẽ ſubornatũ ĩ ſubſellia aduerſarii mittere: ut ĩde excitatus plus noceat uel dicendo contra reum cum quo ſede/rit: uel cũ adiuuiſſe teſtimonio uidebiꝛ faciendo ex iduſtria multa ĩ/modeſte atq; intemperãter: per quæ nõ a ſe tantum dictis detrahat fi/dem: ſed cæteris quoq; qui ꝓfuerãt: aufferat auctoritatem: quorũ mẽ tionẽ habui: nõ ut fierent: ſed ut uitarentur. Sæpe inter ſe collidi ſolẽt inde teſtatio: hĩc teſtes. locus utrinq;. Hæc enim pars ſe iureiurando. illa conſenſu ſignantiũ tuetur. Sæpe inter teſtes & argumenta quæſi/tũ eſt: inde ſcientiam in teſtibus & religionem. ĩgenia eẽ ĩ argumentis diciꝛ. hinc teſtẽ gratia. metu. pecunia. ira. odio. amicitia. ãbitu fieri. ar gumẽta ex natura duci. ĩ his iudicẽ ſibi. in illis alii credere. Cõmunia hæc pluribus cauſis multũq; iactata ſũt: ſempq; tamen iactabuntur.

reſcripſit teſtibus ſe nō teſtimoniis crediturum.& paulo poſt.Gabino quoq; Maximo idem princeps in hæc uerba reſcripſit.Alia eſt auctoritas præſentium teſtium.alia teſtimoniorꝫ quæ recitari ſolent. Aliquando utrinq; ſunt teſtes:& queſtio ſequitur.Pagꝫ elegans ac potius ruſtica mihi iſta locutio uideꝝ.minimeq; Fabii cādore digna.Quare hūc quoq; locū deprauatū eſſe facile qdē affirmarim.Sed difficulter eo correxerim:quod citra unius uerbi adiectionē hic ſenſus mihi iteger elegāſq; effici nō pōt.Forſitā uero loco illius copulæ & præpoſitio ex cū quo ablatiuo recte aſcriberēt.hoc modo.Ex quo quæſtio ſequit. Ex reſpōſis.oraculis.oībus. i uocali iteriecta ominibus ēlegēdū

Aliquando utrinq; ſūt teſtes:& quæſtio ſequitur.ex his utri meliores uiri. Ex cauſis utri magis credibilia dixerint.Ex litigatoribus utri gratia magis ualuerint.His adiicere ſiquis uolet ea quæ diuina teſtimonia uocantur ex reſpōſis. oraculis. ominibus:duplicem ſciat eorum eſſe tractatum .generalem alterum in quo inter ſtoicos & Epicuri ſectā ſecutos pugna perpetua eſt.regaturne prouidentia mundus.ſpecialem alterum contra partis diuinationem:ut quæq; i quæſtionem cadit.Aliter enim oraculorum.aliter aruſpicum.augurum.cōiectorum & mathematicorum fides cōfirmari:aut refelli poteſt:cum ſit rerū eaꝝ ratio diuerſa.Circa huiuſmodi quoq; inſtrumenta firmanda uel diſtruenda multum habet operis oratio:ſiquæ ſint uoces per uinum.ſomnium:dementiā emiſſæ uel excepta paruulorum indicia.q; pars altera nihil fūgere .altera nihil indicare dictura eſt.Nec tātum præſtare hoc genus pōt:ſed etiam ubi non ē deſiderari ſolet.pecuniam dediſti.quis numerauit:ubi:ūde:Venenum arguis.ubi emi:a quo:quanti:per quem dedi:quo conſcio:quæ fere omnia pro Cluentio Cicero in crimine ueneficii excutit.Hæc de artificialibus q̄breuiſſime potui.

II. De probatione artificiali.

uideatur hoc ultimum quid ponitur pro aliquid. Illud prius pro definitione. Qua mente Pyrrhus fœdus petat. Quæriť per cõiecturã & q̃litatem circa modũ ſpeciẽ. numerũ. Aſteriſco ſignãdus eſt hic locus niſi corrigať. Nullus. n. iteger ſenſus elici poteſt. Quod ſi qualitas legereť illo accuſatiuo expuncto: perſpicuus fuerit ſenſus. Qualitatẽ aũt accipiamus quodcũq; accidẽs: quo quidẽ modo quãtitatẽ quoq; cõplectiť: quod aperte quæ ſubiiciũtur exẽpla declarãt. Maius bellũ troianũ an Pelopõneſiũ. Pelopõneſiacũ mihi uideť eſſe legendũ. hoc aũt in pricipio ſtatim ſui operis Thucydides tradit. Interim ſeparatũ. Separatã ut ad quæſtionẽ referať legendũ. Nã iterdũ & de facto & de facti quæriť auctore. Interdũ de facto conſtat. de auctore uero quæriť: uel cõtra. Et cũ icertã aut in extrariã uitã aut in ipſius qui perit uoluntatẽ. Errores quidẽ huius loci facile deꝑhenduntť: ſed quonã pacto poſſint emẽdari nõ ita apparet. Quod ſi uitã expũgere nobis pmitteremus ut ocioſam: facile reliqua corrigerẽtur. Nã in certã diuiſim nota hypodiaſtoles appoſita. & perit loco illius petit: cum cædis ſit exemplũ: uideť eſſe legendũ. Incertæ aũt pſonæ idcirco nullũ ſubiicit exemplũ: qđ nullã recipit diuiſionẽ nullãq; præ ſe fert difficultatẽ. hoc modo. Et cũ in certã: aut in extrariã aut in ipſius qui perit uoluntatem.

Certoq; cõparatio eſt. Cæteroq; emendate in quibuſdã legiť exẽplaribus. Vt Cicero ꝓ Vareno. Si ꝓ Vareno oño ac ꝓ Scauro extaret: facilius ꝓciperenť quæ a Fabio tradũtur. Nũc de ſingulis. Hic eſt diſtiguendũ: ut extriſecus tractandũ eſt uel ſimile uerbũ ſubaudiať. Cum pariter negať hoc mõ. Quãuis ſic legi ſolitum ſit: mihi tamẽ corruptus hic locus eẽ uideť. Qui quidem ut ego ſentio ita põt emẽdari: ſi utrũq; aſcribať: ut legať. Cũ pariter utrũq; negať. Sic aũt eſſe legendũ facile ex iis quæ paulo ante præcepit Fabius colligi poteſt. In iis autẽ inquit quæ accuſatione ac defenſione conſtant unũ eſt genus: in quo quæriť & de facto & de auctore: quod iterim cõiunctam quæſtionẽ habet: & utrũque pariter negatur. Sic igitur hic quoque legẽdum uidetur. ſingulis enim membris factæ diuiſionis exẽpla ſubiiciuntur. Nam ut cum inter id quod ab aduerſario: & id qđ a nobis propoſitum eſt: quæritur: uidetur utique alterum uerum: ita ex euerſo quo defendimur: reliquũ eſt quo præmimur. Aduerſo proeuerſo conſtat quidem eſſe legendum. Sed ne ſic quidem e ſenſu tollitur obſcuritas: quæ ex deprauationibus oritur: niſi unum ac eſt uerbum aſcribatur hoc modo. Ita ex aduerſo unum eſt quo defendimur. reliquum quo premimur

dubie in omnia tempora cadit. Q ua mente Ligarius in africa fuerit. Q ua mẽte Pyrrhus fœdus petat. Q uomodo latus ſit Cæſar: ſi Ptolemæus Pompeium occiderit. Q uæriť ꝑ coniecturã & qualitatem circa modũ. ſpeciẽ. numerũ. An ſol maior q̃ terra. Luna globoſa. an plana. an acuta. Vnus mundus: an plures. Itemq; extra naturales quæſtiones. Maius bellum troianum an peloponnenſium. Q ualis clipeus Achillis. An unus Hercules. In iis autem quæ accuſatione ac defenſione conſtant: unum eſt genus: in quo quæritur & de facto & de auctore: quod interim coniunctam quæſtionem habet: & utrũq; pariter negatur. Interim ſeparatum cum & factum ſit nec ne: & ſi de facto conſtet: a quo factum ſit ambigitur. Ipſum quoq; factum aliquãdo ſimplicẽ quæſtionẽ habet: an homo perierit. Aliquando duplicẽ ueneno: an cruditate perierit. Alterum eſt genus de facto tantum: cum ſi id certum ſit: non põt de auctore dubitari. Tertium de auctore tantum cũ factum conſtet: ſed a quo factum ſit in controuerſiam uenit. Et quod tertio loco poſui non ẽ ſimplex. Aut enĩ reus feciſſe tãtum modo negat: aut alium feciſſe dicit. Sed ne in alterum quidem trãſferendi criminis una forma eſt. Interdum enim ſubſtituitur mutua accuſatio quã græci ἀντικατηγορίαν uocant, noſtrum qdã concertatiuam. Interdum in aliquam perſonam: quæ extra diſcrimen iudicii ẽ tranſfertur: & alias certam. alias incertam. Et cum incertam aut in extrariam uitam: aut in ipſius qui perit uoluntatem. In quibus ſimilis atq; ĩ ἀντικατηγορία perſonarum. cauſarq; cæteroq; comparatio eſt: ut Cicero pro Vareno in familiam anchirianam. pro Scauro circa mortem Boſtaris in matrem auertẽs crimen facit. Eſt etiam illud huic contrarium cõparatiõis genus: in quo uterq; a ſe factum eſſe dicit. Et illud in quo nõ pſonæ inter ſe: ſed ipſæ res colliduntur: id ẽ nõ uter fecerit. ſed utrum factum ſit. Cum de facto & de auctore cõſtat: de aĩo quæri põt. Nũc de ſingulis. Cum pariter negatur hoc modo. adulterium non cõmiſſi. Tyrãnidem non affectaui. In cædis ac ueneficii cauſis frequẽs illa diuiſio. nõ ẽ factũ: & ſi ẽ factũ ego nõ feci. Sed cũ dicimus. ꝓba hominem occiſum: accuſatoris tantũ partes ſunt. a reo nihil dici contra præter aliquas fortaſſe ſuſpiciones põt: quas ſpargere q̃maxime uarie oportebit: quia ſi unũ aliqd affirmaris: ꝓbãdũ ẽ: aut eã piclitãdũ. Nam ut cum inter id quod ab aduerſario: & id quod a nobis propoſitum eſt quæriť uidetur utiq; alterũ uerũ: ita ex euer

Cum ex aliqua ipſa citra perſonã Hic uerba dũtaxat tranſpoſita ſunt quæ ſic in ordinem rediguntur. Cũ ex ipſa aliqua citra perſonã quoq; argumenta ducũtur. Refert enim conuiuiũ præceſſerit an triſticia, laborantium uigilia, an quies. Quid ſibi uelit hoc loco participiũ illud laborantiũ mihi non liquet. Senſum certe perturbat. Quare non eradendum quidem ſed in tria uerba mihi uidetur diſtinguendum o uocali dũtaxat aſcripta, hoc modo: labor an otiũ. Sic enim pulcherrime cũ ſequentibus quadrat. Tametſi exẽplaria quæ quidẽ ego uiderim huic emendationi refragentur. Manifeſtum quis potionẽ dederit: quæ ſi ueneni fuit: nulla quæſtio de auctore. Parum acute intuenti hic quidẽ mendis carere uidetur: eoq; hactenus corrupte fuit lectus. Nam illa quatuor uerba. Quæ ſi ueneni fuit. non modo ſenſum non iuuare: ſed magno quoque impedimento eſſe uidentur: ne ipſum plene percipiamus. Cum igitur penitus ſuperuacua ſint: uel reſtagantibus exemplaribus eradenda ſunt ut legatur. Manifeſtum quis potionem dederit. nulla quæſtio de auctore. De uno reo conſilium cogitur. Enim coniunctio ĩcuria librariorum omiſſa omnino eſt reponenda. Sic enim in quibuſdam quoque exemplaribus legitur. De uno enim reo cõſilium cogitur. hoc eſt ſuper uno nanque reo iudicium conſtituitur. Cogere nanque conſilium eſt iudices ad iudicandum congregare. Etiam & ſiqui ſunt qui inuicem accuſent: alterum iudiciũ præferre neceſſe eſt Etiam copula cum a ſenſu nõ agnoſcatur: mihi prorſus expũgenda uidetur ac ſe pronomen aſcribendũ ut legamus. Qui ſe inuicẽ accuſent.

An etiam ſi de uno fertur. Hunc ſenſum corruptum eſſe patet. Quonam pacto autem ſit emendandus difficile eſt uidere. Fortaſſe autem ſic corrigeretur ſi loco illius copulæ etiam ſententia legatur: & feratur a uocali aſcripta, hoc modo. an ſentẽtia de uno feratur. Nam qui dicit ego non occidi habet reliquam partem: ut dicat: tu occidiſti. Superuacuum habet poſtea dicere ego non occidi. Manifeſte hic aliquid ſenſui neceſſarium deeſt: quod ut a librariis prætermitteretur illud uerbũ ſo quõ defendimur reliquum ẽ quo premimur. At cũ quærimus de ãbiguis ſignis cruditatis & ueneni: nihil tertiũ ẽ. lõq; utraq; pars quod ꝓpoſuit tueť. Interi aũt ex re quæriť: ueneficium fuerit aut cruditas: cũ ex aliqua ipſa citra ꝓſonã quoq; argumẽta ducunť. Refert enim conuiuiũ præceſſerit an triſtitia, laborantiũ uigilia, an quies. ætas quoq; eius qui perierit diſcrimen facit. Intereſt ſubito defecerit: an longiore ualitudine conſumptus ſit. liberior adhuc in utrãq; partem diſputatio: ſi tantũ ſubita mors in quæſtionẽ uenit. Interim ex perſona ꝓbatio rei petiť: ut ꝓpterea credibile ſit uenenũ fuiſſe: quia credibile eſt ab hoc factum ueneficiũ: uel contra. Cũ uero de reo & de facto quæriť: naturalis ordo eſt ut prius factum eſſe accuſator ꝓbet: deinde a reo factum. Si tamen plures in ꝓſona ꝓbationes habuerit: conuertit hũc ordinẽ. Defẽſor aũt prius negabit eẽ factũ: quia ſi in hac parte uicerit: reliqua non neceſſe habet dicere. Victo ſupeſt ut tueri ſe poſſit. Illic quoq; ubi de facto tãtũ cõtrouerſia eſt: quod ſi ꝓbeť: nõ poſſit de auctore dubitari: ſimiliter argumenta & ex perſona & ex re ducunť: ſed in unã facti quæſtionẽ: ſicut in illa controuerſia. Vtẽdũ eſt. n. & his exemplis: quæ ſunt diſcentibus magis familiaria. Abdicatus medicinæ ſtuduit. cũ pater eius egrotaret: deſperantibus de eo cæteris medicis: adhibitus ſanaturum ſe dixit: ſi is potionẽ a ſe datam bibiſſet. Pater acceptæ potionis epota parte dixit uenenũ ſibi datũ. filius quod reliquũ erat exauſit. pater deceſſit. ille parricidii reus eſt. Manifeſtum quis potionẽ dederit: quæ ſi ueneni fuit: nulla quæſtio de auctore. tamen an fuerit uenenũ ex argumẽtis a perſona ductis colligeť. Supeſt tertiũ in quo factum eſſe cõſtat aliquid: a quo ſit factũ quæritur. Eius rei ſuperuacuũ ẽ ponere exẽplum: cũ plurima ſint huiuſmodi iudicia: ut ſi hoiem occiſum eſſe manifeſtũ ẽ: uel ſacrilegiũ cõmiſſum. Is autem q̃ arguiť feciſſe neget. Ex hoc naſciť ἀντικατηγορία. Vtiq; hoc factũ eẽ conuenit: quod duo ĩuicem obiiciũt. In quo q̃dẽ genere cauſarũ admonet Celſus fieri id in foro non poſſe: quod neminẽ ignorare arbitror. De uno reo cõſilium cogiť. etiã & ſiq ſũt: qui ſe inuicẽ accuſẽt: alterũ iudiciũ præferre neceſſe ẽ. Apollodorus quoq; ἀντικατηγορίαν duas eẽ cõtrouerſias dixit. & ſũt re uera ſecundũ forenſe ius duæ lites. Põt tamen hoc genus in cognitiõem uenire ſenatus aut pricipis. Sed in iudicio quoq; nihil intereſt actionũ utrum ſimul de utroq; pronuncietur. an etiam ſi de uno fertur: quo ĩ genere ſẽper prior debebit eſſe defenſio. Primum quia natura potior eſt ſalus noſtra q̃ aduerſarii pernicies. Deĩde q̃ plus habebimus in accuſatione auctoritatis: ſi prius de innocentia noſtra conſtiterit. Poſtremo q̃ ita demum duplex cauſa erit.

Nā q̄ dicit ego nō occidi: habet reliquā ptē: ut dicat, tu occidisti. ſuperuacuum habet poſtea dicere ego nō occidi. Hæ porro actiones conſtāt comparatione. ipſa comparatio non una uia ducitur. Aut enim totam cauſam noſtram cū tota aduerſarii cauſa componimus. aut ſingula argumenta cū ſingulis. Quoꝝ utrum ſit faciendū nō pōt niſi ex ipſius litis utilitate cognoſci: ut Cicero ſingula pro Vareno cōparat in primo crimine. Eſt. n. ſuperior pſona alieni cū pſona matris temere cōparet. Quare optimū ē ſi fieri poterit: ut ſingula uincant a ſingulis. Sed ſiquādo in ptibꝫ laborabimus: uniuerſitate pugnādū eſt: ſiue inuicē accuſant: ſiue crimen reus citra accuſationē ī aduerſariū uertit: ut Roſcius ī accuſatores ſuos: q̄is reos nō feciſſet: ſiue ī ipſos quos ſua manu periiſſe dicemus: factum deflectitur: nō aliter q̄ ī iis quæ mutuā accuſationem habent. Vtriuſq; partis argumenta inter ſe cōparant. Id aūt genus de quo nouiſſime dixi non ſolum ī ſcholis ſæpe tractatur: ſed etiam in foro. Nam id eſt in cauſa. Neuii appiniani ſolum quæſitum. Præcipitatane eſſet ab eo uxor: An ſe ipſa ſua ſponte ieciſſet. Cuius actionem equidem ſolam in hoc tē pus emiſeram: quod ipſum effeciſſe ſeductū iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nam cæteræ quæ ſub nomine meo ferūtur: negligentia excipientiū in quæſtum notariorum corrupte minimam partem mei habent. Eſt & alia duplex coniectura huic αντικατηγορια diuerſa de premiis: ut in illa cōtrouerſia. Tyrānus ſuſpicatus a medico ſuo datum ſibi uenenum torſit eum: & cum id dediſſe ſe negaret: accerſit alterum medicum. ille datum ei uenenum dixit: ſed ſe antiodotum daturum: & dedit ei potionem: qua epota tyrannus deceſſit. De premio duo medici contendunt. Nam ut illic factum in aduerſarium tranſferentiū: ita hic ſibi uendicantium perſonæ. cauſæ. facultates. tempora. inſtrumenta. teſtimonia comparātur. Illud quoq; & ſi non eſt αντικατηγορια: ſimili tamē ratione tractatur: in quo citra accuſationem quæritur: utrū factū ſit. Vtraq; enim pars expoſitionem ſuam habet: atq; eā tuetur: ut in lite urbiniana: petitor dicit Cluſinum figulum filium Vrbiniæ acie uicta: in qua ſteterat: fugiſſe: iactatumq; caſibus uariis retentum etiam a rege. tandem ī italiam ac patriam ſuam marginos ueniſſe: atq; ibi agnoſci. Pollio contra ſeruiſſe eum piſauri dominis duobus. medicinam factitaſſe. manumiſſum alienæ ſe familiæ uenali immiſcuiſſe: ac rogantem ut eis ſeruiret emptū. Nōne tota lis conſtat duaꝝ cāꝝ cōparatiōe & coniectura duplici atq; diuerſa? Quæ autē accuſantium atque defendentium eadem petentium & inficiantium ratio eſt. Ducitur coniectura primum a præteritis. In his ſunt perſonæ. cauſæ. conſilia. Nam is ordo eſt ut facere uoluerit. potuerit. fecerit. Ideoq; intuendū ante omnia quæ ſæpiūs repetitum ī cauſa fuit. Mihi uero hæ quinque dictiones hoc in loco deſiderantur. Atqui dicit. Tu occidiſti. Itaq; a Fabio ſcriptum fuiſſe puto. Nam qui dicit ego non occidi: habet reliquam partem ut dicat: tu occidiſti. At qui dicit tu occidiſti: ſuperuacuum habet poſtea dicere ego non occidi. Eſt enim ſuperior perſona alieni cum perſona patris temere compararetur. Cum particula aſcribenda & comparetur legendum uidetur. hoc modo. Eſt enim ſuperior cum perſona alieni cum perſona matris comparetur. Hæc autem pro Vareno: ut dixi: Ciceronis oratio non extat. Vt Roſcius in accuſatores ſuos. Qui plene hoc noſſe cupit: legat Ciceronis orationem pro Roſcio paricidii reo. Illic enim oſtendit. M. Tullius non a Roſcio patrem ſed ab ipſis accuſatoribus fuiſſe interfectum. Quāuis reos nō feciſſet. Accuſaſſet. nam reum facere eſt accuſare. Cuius actionem. Sic quidem recte legi uidetur: ut cuius cauſæ intelligatur. Sed quam loco cuius fortaſſe rectius legeretur hoc modo. Quam actionem. hoc eſt. Quam orationem q̄is actio pronnnciatio quoque dicatur. Quod ipſum effeciſſe ſeductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Me aſcribendum & feciſſe nō effeciſſe legēdum puto. Eſt & alia duplex coniectura huic αντικατηγορια diuerſa. Datiuus ille græcus cum latino pronomine eſt copulatus. Non autem negandi aduerbiū ut īteger ueruſque ſenſus habeatur mihi uidetur aſcribēdum: q̄is exē pla refragentur hoc modo. huic αντικατηγορια non diuerſa. Sic autē eſſe legendum: facile quæ ſequuntur oſtendunt. Nam ut illic inquit factum in aduerſarium tranſferentium: ita hic ſibi uendicantium: & cætera. Sed ſe Antiodotum daturum. Antidotum ſcribēdum: ut ſit quadriſyllabum. Antidotum proprie tranſfertur contra datum. Sed in frequentiſſimo eſt uſu pro medicinis quæ contra uenena exhibentur: Vnde Mithridatis Antidotum

Vt in litæ urbiniana petitor dicit Eluſinum Figulum filium urbiniæ. Cluſinum in quibuſdam recte legitur exemplaribus. Eius autem litis actiones non extant.

Quod læsum & uulnera tum reum sperauere hic in uidia opprimi posse. Hac legendum esse non hic: ne dubium quidē est ullū. Cōtra quam loci oriunt sæpe a persona. prior dicit argumēta defensor: & interim generaliter. Sic quidem recte legi uidet. Sed quatuor hæc uerba. Prior dicit argumēta defensor. contenderim ab imperitorum aliquo a margine in contextum fuisse transcripta. Certe perturbāt sensum alias perspicuum. obliuantur ergo: sicque legatur. Contra quam loci oriuntur sæpe a persona & interim generaliter. loci uero illi sunt q a Fabio subiiciuntur: & generales & speciales. Incredibile est a filio uirū occisum. Et sensus patrem exigit pro uiro & ita in quibusdam legit exēplaribus. sed ab uxore quoque ascribendū uidetur ut legamus a filio patré ab uxore uirum occisum.

Sed proīde paupertas humilitas. opes ut cuique ingenio uis est in diuersum trahuntur. Vbique fere in exēplaribus perinde in illud ꝓinde: cum longe differant est permutatum. Perinde enim hic quoque legendum est.

Nec pro ἐγκαινία ducendum scelus primum. Si ἐγκαινία legendum est: ea præpositio pro omnino ē expūgenda. Nam ἐγκαινία duntaxat in plurali declinantur: Dicuntur autem templorū dedicationes aut earum celebritates. Et quia nihil obiicit: omisisse credi potest maledicta tanq̄ superuacua. A uocalis expungēda est ut qui legat. Quod Cicero multis orationibus. In præpositio ascribenda uidetur: ut in multis orationibus legatur.

Qui in omnibus malis præmebatur. In ꝓpositio hic otiosa: ī sensum superiorem transferatur. At si ꝓponitur cur factum sit: aut falsam causam. aut leuem. aut ignoram pro reo dicet. Non a Fabio sed ab eorum lis sit: de quo agit. Accusatoris aūt ē efficere: ut siq̄d obiecerit: nō solū turpe sit: sed etiā crimini de quo ē iudiciū q̄maxime conueniat. Nā si reū cædis impudicū: uel adulterū uocet: lædat qdē infamia: minus tamē hoc ad fidē ualeat: q̄ si audacem. petulantē. crudelem. temerariū ostenderit. Patrono si fieri poterit: id agendū est ut obiecta uel neget: uel defendat: uel minuat. proximum est ut a præsenti quæstione separet. Sunt enim pleraq; non solum dissimilia: sed etiam aliquando contraria: ut si reus furti prodigus dicatur aut negligens. Neque enim uidetur in eundem contemptus pecuniæ: & cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia ad illa declinandum est non de hoc quæri. nec eum q aliquando peccauerit: utiq; commisisse omnia. & hanc fiduciam fuisse accusatoribus falsa obiiciendi: quod læsum & uulneratum reum sperauere hic inuidia opprimi posse. Alia propositio est accusatoris: contra quam loci oriūtur sæpe a persona. Prior dicit argumēta defensor & interim generaliter. Incredibile esse a filio uirum occisum. ab imperatore proditā hostibus patriam. Facile respondetur: uel ꝙ omnia scelera in malos cadant: ideoq; sæpe deprehensa sint. uel ꝙ ingenium sit crimina ipsa atrocitate defendi. Interim proprie: quod est uarium. Nam dignitas & tuetur reum: & nonnunq̄ ipsa in argumentū facti cōuertit: tanq̄ inde fuerit spes impunitatis: sed peride paupertas: humilitas. opes: ut cuiq; ingenio uis est: in diuersum trahūtur. Probi uero mores. ante actæ uitæ integritas nunq̄ non plurimum profuerint. Si nihil obiicietur: patronus qdem in hoc uehementer incumbet. Accusator autem ad præsentem quæstionem de qua sola iudiciū sit: cognitionem allegabit. dicens neminē non aliquando cœpisse peccare: nec pro ἐγκαινία ducendum scelus primum. Hoc in respondendo. Sic autem præparabit actione prima iudicum animos: ut noluisse potius obiicere: q̄ non potuisse credatur. Eoq; satius est omni se ante actæ uitæ abstinere conuicio: q̄ leuibus: aut friuolis: aut manifesto falsis reum incessere: quia fides cæteris detrahitur: & qui nihil obiicit: omisisse credi pōt maledicta tanq̄ superuacua. qui uana congerit: confitetur uanum in ante actis argumentum: i quibus uinci q̄ tacere maluerit. Cætera quæ a personis duci solent in argumentorum locis exposuimus. Proxima est ex causis probatio: in quibus hæc maxime spectātur ira. odium. metus. cupiditas. spes. Nam reliqua in has species cadunt: quorum siquid in reū cōueniet: accusatoris est efficere ad quicquid faciendum causæ ualere uideantur: easque quas in argumentū sumet augere: Si minus: illuc conferenda est oratio: aut aliquas fortasse latētes fuisse: aut nihil ad rem pertinere cur fecerit: si fecit: aut etiam dignius esse odio scelus: ꝙ non habuerit causam. Patronus uero quotiens poterit instabit huic loco: ut nihil credibile sit factū esse sine causa. Quod Cicero uehemētissime multis orationibus tractat: præcipue tamē ꝓ Vareno: q in omnibus malis premebat. nā & dānatus ē. At si ꝓponit cur factū sit: aut falsā cām: aut leuē: aut ignotā ꝓ reo dicet.

aliquo qui sibi omnia arrogant atq; immutare nulla: cur id faciant: reddita ratione permittunt: eam prælectionē pro fuisse ascriptā cōtenderim. Qui. n. Quintilianus sic scripsisset: cū insulsissimus appareat sensus? Quis nāq; patronus nō pro reo dicit? Profecto nemo: cum etiā patroni qui præuaricant: se pro reo dicere simulēt. Ne igit Fabio tales ascribant ieptiæ: præpositio ipsa prius: ut sensus ueritatē integritatemq; cōfundēs eradat emēdatq; sic legat. Aut ignotā reo dicet. Causis. n. sic quoq; respōdere solemus: cū dicimus eas reo fuisse ignotas. Neq;. n. qsq; ea causa mouet ad aliqd faciendū: quā ignorat. Nā quē posse reperiri qui nō metuat. oderit. speret. Nisi uererer ne cui uidear audacior: cēserē huic sensui duo uerba irascat cupiat esse ascribenda: ut oēs huiusmodi affectus cōprehēderentur. Cū interrogatiōe aūt sine cōtroversia legendū est. Nā hoc magis generale rectiorq; diuisio. Aut nullū crimē credibile aut hoc. Inuitus eqdē facio ut quicq; imutē: uereorq; ne mihi id uitio uertat: sed cū siqd sentiā ostēdero: libeq; tamē unicuiq; reliquat iudiciū: amore pulcherrimi opis nō grauabor oēm istoq; subire calūniā. Hæc qdē diuisio Aut nullū crimē credibile aut hoc: mendis paq; acute ituēti carere uidetur. ego uero nō ad personam referri: ut uult Fabius: sed ad rē facile cōtēderi Quid. n. ad psonā si aut nullum crimē est credibile. aut hoc? Profecto nihil. Quare fortasse in nullo & in hoc uel refragātibus exēplaribus ē legēdū. hoc mō. Aut in nullo crimē credibile aut i hoc. Sic. n. manifeste ad psonā hæc referet diuisio. Pōt tamē idipsum sicut plerūq; uertere utilitas. Cū plerūq; sit aduerbiū sensus aūt nomē exigat. pleraq; etiā refragātibus exēplaribus legēdū eē affirmarim. An etiā si ignoratū eēt absolui. Emādate in aliis exēplaribus legit nō eēt. Inspiciunt utiq; difficultates & occasiones quæ sunt plurimæ. & copula ascribenda uidetur

Possūt esse aliquæ iterim ignotæ. An hæredem habuerit. An accusaturus fuerit eū: a quo dicit occisus. Si alia defecerit nō utiq; spectādas eē cās. Nam quē posse reperiri q̄ non metuat. oderit. speret. plurimos tamen hæc salua innocētia facere: neq; illud ē omittendū: nō oīs causas in oībus psonis ualere Nā ut alicui sit furandi cā pauptas: non erit idē in Curio Fabricioq; momētū. De cā prius an de persona dicēdū sit quæritur: uarieq; est ab oratoribus factū. a Cicerōe etiā prælatæ frequēter causæ. Sed mihi si neutro litis conditio præponderet: secūdū naturam uidet icipere a persona. Nā hoc magis generale est: rectiorq; diuisio. Aut nullū crimē credibile. aut hoc. Pōt tamen id ipsū sicut plerūq; uertere utilitas. Nec tantū causæ uolūtatis sūt quærendæ: sed interī & erroris: ut ebrietas & ignorantia. Nam hæc ut in qualitate crimē eleuāt: ita in cōiectura premūt. & persona qdem nescio: an unq̄ utiq; i uno actu rei possit icidere: de qua neutra ps dicat. De causis frequēter quæri nihil attinet: ut in adulteriis: ut ī furtis: qa illas per se ipsa crimina secū habent. Post hæc intuenda uidentur: & consilia quæ late patent: an credibile sit reū sperare id a se scelus effici posse: an ignorari cū feciſſet. an etiā si ignoratū eēt absolui. uel pœna leui transigi. uel tardiore. uel exq̄ mius incōmodi consecuturus: q̄ ex facto gaudii uideret. an etiam tanti putauerit pœnam subire. Post hæc an alio tempore: & aliter facer: uel facilius uel securius potuerit: ut dicit Cicero pro Milone enumerās plurimas occasiōes: qbus ab eo Clodius ipune occidi potuerit. Præterea cur potissimū illo loco. illo tēpore. illo mō sit aggressus: q & ipse diligentissime tractatur p eodem locus. An etiā si nulla rōne ductus ē: impetu raptus sit & absq; sētentia. Nā uulgo dicit. Scelera nō habere consiliū. An etiam consuetudine peccādi sit allectus. Excussa prima pte an uoluerit: seqt an potuerit. Hic tractat locus. tēpus: ut furtū in loco clauso. frequēti tēpore uel diurno cū testes plures: uel nocturno cū maior difficultas. Inspiciūt utiq; difficultates. occasiōes quæ sūt plurimæ. Ideoq; exēplis nō egēt. Hic sequēs locus talis ē: ut si fieri nō potuit sublata lis sit Si potuit sequat quæstio. an fecerit. Sed hæc ēt ad animi cōiecturā pertinēt. Nā & ex his colligit an sperauerit. Ideo spectari debent & īstrumenta: ut Clodii ac Milonis comitatus. Quæstio an fecerit. Incipit a secundo tēpore id ē præsēti: ac

Quæstio an fecerit incipit a secūdo tempore id est præsenti ac deinde coniuncto. Etsi præceptum hoc mendis carere uidetur: si tamen sibi constare Fabius cēsendus est: paulo cōfusius deprehendetur. Coniūctum nanq; tempus cum alibi tum in quinto ubi de probatione artificiali differit. pro præsēti accipit. hic aliud eēa præsēti sentire uidet. nec satis patet quod tēpus coniūcto attribuat. Quod si insequēti illud qd ex interuallo subiicitur: coniuncto ascriberet & sensus perspicuus esset & Fabius cādidus hic quoq; esse uideretur. Cum enim cōiunctum tēpus pro præsenti pprie ponatur: ut pote quod & preterito & futuro iūgatur: tamen pro futuro quoq; poni potest. Nā futuq; præsenti adhæ

ret. Quare mihi Fabius uidetur ut secundum pro præsenti ita coniunctum pro insequēti exposuisse: simulq;

eoꝝ exẽpla ſubieciſſe.hoc modo.Quæſtio an fecerit incipit a ſecundo tempore id eſt præſenti:ac deinde cõiuncto hoc eſt.in ſequenti:quoꝝ ſunt ſonus. clamor.gemitus.latitatio.metus.ſimilia.Sic autem eſſe legendum etiam ille genitiuus quoꝝ aperte oſtendit.Præſens uero tẽpus ſcite Fabius uocat ſecundũ.Nã preteritum primum eſſe dicit. inſtans ſecũdum.Futuꝝ tertiũ.

Sed uerba magis nocent aut minus.magis proſunt noſtra q̃ aliena.magis proſunt & minus nocent aliena q̃ noſtra.Ita deprauatus eſt hic locus ut aperte falſa ac contraria ſint quæ ex iſtis colliguntur ſenſibus. Sine controuerſia nanque falſum eſt noſtra uerba magis prodeſſe q̃ aliena.alioqui ſtatim non ſubiicerẽtur:magis proſunt & minus nocent aliena q̃ noſtra.Quare minime miror ſi pauci admodum e profeſſoribus hoc opus legere aggreſſi ꝓlegere ab auditoribus deſerti potuerunt:cum fere plures corrupti ſenſus deprehẽdantur eſſe q̃ integri habeãtur.Sed mihi diutius ſcrutanti.ſic tandẽ emendari poſſe uidetur: ſi tria hæc uerba aſcribantur . nocent & minus.ut legatur:Sed uerba magis nocent aut minus.Magis nocẽt & minus proſunt noſtra q̃ aliena.magis ꝓſunt & minus nocent aliena q̃ noſtra.Ita nanq; & perſpicuus & ĩteger eſt ſenſus Nec ignoro in aliis exẽplaribus ſic legi ut falſa præcipere Fabius coarguatur. Tamẽ noſtra ſæpe nobis nocent.pro nobis legẽdum eſt magis. Cum autem dicta factaque noſtratia.Legendum mihi uidet noſtra. Crediti & depoſiti duæ quæſtiones ſed nunq̃ iunctæ.Hic ſenſus mihi emendatione indigere uidetur:eoq; eſt obſcurior ac minus uerus:cum nonnunq̃ iunctæ eẽ poſſint illæ duæ quæſtiones.an datum ſit. an redditũ. Sic autẽ corrigi poteſt ut ſunt uerbum ac non negãdi aduerbium aſcribatur.hoc modo.Crediti & depoſiti duæ ſunt quæſtiones ſed non nunq̃ iũctæ. Pecunia cuius auctor extat.Non particula ſenſui eſt neceſſaria: ut legatur deinde coniuncto:quorũ ſunt ſonus.clamor.gemitus. In ſequẽti latitatio.metus.ſimilia.His accedunt ſigna de quibus tractatum eſt . Verba etiam & facta: quæq; anteceſſerunt:quæq; iſecuta ſũt.Hæc aut noſtra ſũt:aut aliena.Sed uerba magis nocẽt aut minus.magis proſũt noſtra q̃ aliena.magis ꝓſũt & minus nocent aliena q̃ noſtra.Facta autem interim magis proſunt noſtra:interim aliena:ut ſiquid quod pro nobis ſit aduerſarius fecit.Semper uero magis nocent noſtra q̃ aliena.Eſt & illa in uerbis differentia:q; aut aperta ſũt aut dubia:ſeu noſtra ſeu aliena ſunt.Infirmiora in utrunq; ſint neceſſe dubia:tamen noſtra ſæpe nobis nocẽt:ut in illa controuerſia.Interrogatus filius ubi eẽt pater:dixit ubicunq; eſt uiuit.at ille in puteo mortuus eſt inuentus.Aliena quæ ſunt dubia:nunq̃ poſſunt nocere:niſi aut incerto auctore aut mortuo . Nocte audita eſt uox caueto tyrannicidam.& interrogatus cuius ueneno moriretur:reſpondit . non expedit tibi ſcire.Nam ſi eſt qui poſſit interrogari: ſoluet ambiguitatẽ. Cũ autẽ dicta factaq; noſtratia defẽdi ſolo aĩo poſſint: aliena uarie refutantur.De uno quidem maxime genere coniecturalium controuerſiarum locuti uidemur:& in omnes aliqd de his cadit.Nam depoſiti.furti.creditæ pecuniæ:& a facultatibus argumenta ueniũt.an fuerit quod deponeretur : & a perſonis.an illum depoſuiſſe apud hunc:uel hunc credidiſſe credibile ſit.an petitorem calumniari.an reum inficiatorem eſſe uel furem.Sed etiam in furti reo ſicut ĩ cædis:quæritur de facto & de auctore.Crediti & depoſiti duæ quæſtiones: ſed nunq̃ iunctæ. an datum ſit.an redditũ.Habent aliquid proprii adulterii cauſæ quod plerũq; duoꝝ diſcrimẽ eſt:& de utriuſq; uita dicendũ. q̃q̃ & id quærit an utrũq; pariter defendi oporteat.Cuius rei cõ ſilium naſcetur ex cã.Nam ſi adiuuabit ps altera: coniũgam:ſi nocebit ſepabo.Ne quis aũt mihi putet temere excidiſſe : quod plerũq; duorũ crimen eſſe adulterium:non ſemper dixeri . Põt accuſari ſola mulier incerti adulterii.Munera domi iuenta ſũt. pecunia:cuius auctor nõ extat.condicilli dubiũ ad quẽ ſcripti. In falſo quoq; ratio ſimilis.Aut enim plures in culpã uocantur: aut unus.& ſcriptor q̃dem ſemper tueri ſignatorem neceſſe habet.ſignator ſcriptorem nõ ſemper.Nam & decipi potuit. Is autem qui hos adhibuiſſe:& cui id factum dicitur : & ſcriptorẽ & ſignatores defendet.Iidem argumentorum loci in cauſis proditionis & affectatæ tyrannidis.Verum illa ſcholarum conſuetudo ituris in forum poteſt nocere: quod omnia quæ in themate non ſunt:pro nobis ducimus.Adulterium obiicis:quis teſtis? qs index? quod precium? quis conſcius? Venenũ ubi emi? a quo? quando? quanti? per quem dedi? Pro reo tyrannidis affectatæ: ubi ſũt arma? quos cõtraxi ſatellites? Neq; hæc nego eẽ dicẽda & ipſis utẽdũ ꝓ pte ſuſcepta.Nã & ĩ foro aliquãdo aduerſarius

non extat. In falso quoq; similis ratio est. Hoc est. in crimine falsi: quo accusari solent qui aut instrumēta cōrumpunt. aut iurati falso aliquid affirmāt uel negant. Quærendū tamen semper quid cuiq; cōnectat' quid cuiq; cōsentiat. Sæpius iam dixi Quid cui cōgruat latine elegāterq; dici. Quare hic quoq; cui nō cuiq; legarur hoc modo. Quid cui connectatur.

Equit' cōiecturā finitio. Definitionis quoq; diuisionē ita describit Fabius. ut si mendæ absint: pceptu
s facillima uideat'. Primū aūt ostēdit quēadmodū cōiecturā sequit' finitio. Deide finitionis assignat definitionē. Tum diuisionē finitiuaq; causaq; subiūgit. Itaq; pluribus legibus idē quibus coniectura uersat' defensionis tātum genere mutato. Sic quidē hactenus & a clarissimis pfessoribus lectū est: ueq; ut mihi uidet' nō sine flagitiis: quibus totus cōfunditur sensus. Ea uero mihi diligenter intuenti sic tolli posse uidētur. ut pro pluribus plerunque: ac iisdem non idem legatur hoc modo. Itaq; plerūq; legibus iisdē: quibus coniectura uersat'. Illud succurrit non est male tractare rēp. uerbis lædere. Sic quidē legitur: sed corrupte ut pleraq; alia. exemplis enim exponit Fabius quo pacto a qualitate ad finitionem descendatur. Superiusq; expositā reperit exēpla. Quare mihi tria hæc uerba uident' ascribenda hoc dementē esse. ac ille ablatiuus nerbis ab aliquo iperitoq; adiectus obliniēdus. ut legat'. Non est hoc dementem esse. male tractare rēp. lædere. Sic enim singula singulis superius positis respōdebūt. hoc est demētiæ. male tractationi. læsæ reip. Ex quo illud quoq; apparet illum uerbis ablatiuum ab aliquo idocto quidem sed temerario fuisse adiectū: qui remp. ad illud male tractare non ad lædere putauit referēdam. Sunt aūt themata declamatoria sane q̄uulgata. Dementiæ nanq; patres a filiis accusant'. Male tractatiōis uiri ab uxoribus. læsæ reip. Imperatores a ciuibus. Finitio igit' rei ppositæ ppria & dilucida & breuiter compressa breuis enūciatio. Est uerbū mihi uidet' ascribēdū & pro cōpressa cōprehēsa legēdū. hoc mō. Finitio igit' est. In pluribus causis In præpositio eradat': ut ppter plures cās itelligat'. Tū res est manifesta & quod noīe cōstat. hic est distīguēdū. Adeo uero corruptus est hic locus ut uix possit emendari: nō qn sensus ex sequētibus saltē nō pcipiat': sed qđ qbus uerbis sit explicā-

probare non poterit: desiderabo. Sed in foro tātum illam facultatem olim desiderauimus: ubi non fere cā agitur: ut non aliquid ex his aut plura ponantur. Huic simile est quod i epilogis quidam: qbus uolūt liberos. nutrices. pētes accōmodāt: nisi q; magis concesseris ea quæ non sint posita desiderare: q̄ dicere. De animo quo modo quæratur satis dictum est: cū ita diuiserimus. an uoluerit. an potuerit. an fecerit. Nā qua uia tractatur an uoluerit: eadē quo animo fecerit. Id enim est. an male facere uoluerit. Ordo quoq; rerum aut affert: aut detrahit fidem. multo scilicet magis res prout congruūt: aut repugnant. sed hæc nisi in ipso complexu causarum nō deprehenduntur. Quærendum tamen semper quid cuiq; cōnectat': & quid cuiq; consentiat. IV. De finitione.

s Equitur coniecturam finitio. Nam qui non pōt dicere nihil feciſſe: proximum habebit: ut dicat: nō id feciſſe quod obiiciat'. Itaq; pluribus legibus idē quibus cōiectura uersat': defēsiōis tātū genere mutato: ut i furtis depositis adulteriis. Nam quēadmodum dicimus. non feci furtum. non accepi depositum. non commisi adulterium: ita non est hoc furtum. non est hæc mutuatio. non est hoc adulterium. Interim a qualitate ad finitionem descenditur: ut in actionibus demētiæ. malæ tractationis. reipu. læsæ. In quibus si recte facta eē quæ obiiciuntur: dici non pōt: illud succurrit. non ē male tractare rēpu. uerbis lædere. Finitio igitur est rei propositæ propria: & dilucida: & breuiter compressa uerbis enunciatio. cōstat maxime: sicut est dictum: genere. specie. differentibus. ppriis: ut si finias equū (Noto enim maxime utar exemplo) Genus est animal. Species mortale. Differētia irrationabile. (Nam & homo mortale erat). Proprium hīniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus causis: Nam tum est certum de nomine. Sed quæritur quæ res ei subiicienda sit. Tum res est manifesta: & quod nomine constat. de re dubium est. Interi coniectura est: ut si quæratur quid sit deus: Nam q id neget deū esse spiritū omnibus partibus immixtū: nō hoc dicat falsam esse illius diuinæ naturæ appellationē: sicut Epicurus q

dus nō liquet. Idē nāq; sensus pluribus modis exprimi pōt. ut hic Nā tū sic explicaret'. Tū res est manifesta: sed quo noīe appellāda sit nō cōstat. tū sic. Sed de noīe nō cōstat. qđ qdē mihi magis ppbat'. Nā i definitōe iterdū de noīe. iterdū de re quærit'. Cū. n. constat de noīe: quæstio est de re: cū res est certa: quærit' de noīe. est igit' bimēbris hæc diuisio. Quare loco illius copulæ & legat' sed. loco illius qđ reponat' de præpō. ac nō negatiua pticula ascribat'. hoc mō. Sed de noīe nō cōstat. De re dubiū. iteri cōiectura ē. Huic sēsui mihi aliqd deeē uidet': quo cōnecti possit. Neq; n. sunt plures sensus. Sic autē coniūgi potest: si cum aduerbium in principio ascribatur hoc

mō.Cū de re dubium est:interim coniectura est.Alterum nanq; membrum affignatæ diuisionis exponitur.

Nomine uterq; uno utitur.Sed particula ut ascribatur elegantiæ ratio exposcit.Quotiens enim ita unum negatur:ut aliud affirmetur:sed particula affirmationi solet apponi.ut non hoc dicit.falsum esse nomen:sed nomine uterq; uno utitur. Vt quid sit rhetoricæ uis persuadendi ac benedicendi scientia.An loco ac copulæ legendum esse ne admonitione quidem dignū est. Quamq̄ haud dissentire uix audeo a Cicerone.Haud negationem expungendam ac loco eius autem copulam reponendam facile sensus ipsæ declarat.Hoc uero in Topicis Cicero præcipit his uerbis. Ad definitionē aūt pertinet ratio ac scientia diuidendi.Atq; huic generi finitimum est illud quod appellari de eodem & altero diximus:quod genus forma quædā est definitiōis si enim quærat idemne pertinacia ac perseuerantia: definitionibus id est indicandum. Semper neganti aliquod esse nomen dicēdum quid sit potius tamē eandem tris habeo uelut species.Cum sit initium paré theseos hoc est interpositi sensus.n. coniūctio ascribenda uidetur hoc modo.Sēper enim neganti aliquod esse nomen dicendū quid sit potius

Tamen eādem tris habeo uelut species.Hæc quidem oīo ut cōgrua defendi non potest:nisi In præpositio:ut in eandem legatur:ascribatur. In omnibus huius generis litibus quæritur an etiam hoc.Recte in quibusdam exemplaribus autē particula est ascripta hoc modo.In omnibus autem huius generis litibus. Illo an proinde habenda sit hæc atq; illa.In præpositio sensui necessaria mihi uidetur ascribenda ac peride legendum non proinde.hoc modo.In illo an perinde habēda sit hæc atq; illa.Syllogismus autem latine collectio ratiocinatioq; uocat.

Est & talis diuisionum diuersitas ut quidam sentiunt:num iisdē uerbis comprendatur.Nisi corrigatur hic locus:quæ sequunt exempla:ne quaq̄ sensui conuenire uidebūtur. Neque enim plures rhetoricæ definitiones iisdem assignātur uerbis Quare aut diuersis aut certe uariis ablatiuum sentio ascribendum:ac idem pro iisdem legendum.Definitionum præterea loco diuisionum sensus exposcit:cum nō de diuisione:sed definitione tractet hoc modo.Est & talis definitionum diuersitas ut quidam sentiūt num idem diuersis uerbis compræhendatur.

Atquē prouidendum:ut si sensu non pugnat:comprehēsione dissentiunt.Pugnant ut sit uumeri pluralis legendum esse ne admonēdum quidem est.Sed aliud quoq; hic mihi sensus desiderare uidetur.An.n. particula loco ut & dissentiāt recte humanam ei formam locumq; inter mundos dedit: nomine uterq; uno utitur.utrū sit in re coniectat. Interim qualitas tractatur:ut quid sit rhetorice. Vis persuadendi.an benedicēdi scientia :quod genus est in iudiciis frequētissimū.sic enī quæritur.an deprehēsus in lupanari cū aliena uxore adulter sit: quia nō de appellatiōe:sed de ui facti eius ambigit. An oīno peccarit.Nā si peccauit nō pōt aliud eē q̄ adulter. Diuersū ē genus cū controuersia consistit in nomīe:quod pendet e scripto:nec uersatur in iudiciis:nisi ꝓpter uerba:quæ litem faciunt.An qui se interficit:homicida ē. An q tyrranū in mortē compulit:tyrrannicida.An carmina magorum uenēficium. Res enim manifesta est.Scitur quoq; nō idem esse occidere se:quod alium.Non idem occidere tyrannum: quod compellere ad mortem.Non idem carmina ac mortiferam potionem.Quæritur tamē an eodem nomine appellāda sint. q̄q̄ haud dissētire uix audeo a Cicerone: qui permultos secutus auctores dicit:finitionē esse de eodem : & de altero. Semper neganti aliquod esse nomē:dicendū quid sit potius. tamē in eādem tris habeo uelut species .Nam iteri conuenit sic quærere.An habendum sit adulterium in lupanari:cum hoc negamus non necesse est dicere quid id uocet: quia totum crimen inficiamur.Interim quæritur.an hoc furtum.an sacrilegium:non quin sufficiat non esse sacrilegiū:sed quia necesse sit dicere:quid sit aliud: quo in loco utrunq; finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diuersis:an & hoc eodē modo sit appellandum:cum res utraq; habeat suum nomen: ut amatorium.uenenū.In omnibus huius generis litibus quæritur.an etiam hoc:quia nomē de quo ambigitur utiq; ī alia re certū ē. Sacrilegium est rem sacram de templo surripere: num & priuatam? Adulterium cum aliena uxore domi coire.an & in lupanari? Tyrannicidium occidere tyrannum.an etiam in mortem compellere? Ideoq; συλλογισμοσ de quo postea dicam uelut infirmior est finitio:quia ī hac quæritur.an idem sit huius rei nomen:quod alterius.Illo an perinde habenda sit hæc atq; illa.Est & talis diuisionum diuersitas:ut quidam sentiunt.Num iisdem uerbis comprehendat ut rhetorice benedicendi scientia:& eadem bene inueniēdi: & bene enunciandi & dicendi secundum uirtutem oratiōis: & dicendi quid sit officii:atq; prouidendum ut si sensu nō pugnat comprehensione dissentiunt.Sed de his disputatur. nō

legerentur hoc modo. Atq; prouidendum an si sensu non pugnant: cõprehensione dissentiant. Quid sit clarigatio. Clarigare est res raptas clara uoce repetere: ut ex his Plynii uerbis ubi de uerbena loquitur: aperte colligitur. Ac semper inquit ex legatis cum ad hostes clarigatum q; mitterẽtur. i. res raptas clare repetitum: unus utiq; uerbenarius uocabatur. Seruius autem in Vergilium copiosius hoc idem exponit super illo uersu Principio pugnæ. Hoc de Romana inquit tractum est solẽnitate. Cum enim uolebant bellum indicere paterpatratus. hoc est princeps fecialium profiscebatur ad hostium fines: & præfatus quædam solennia clara uoce dicebat se bellum indicere propter certas causas: aut quia socios læserant: aut quia nec abrepta animalia nec captiuos reddiderant. Et hæc clarigatio dicebaf a claritate uocis: post quam clarigationem hasta in eorũ fines missa indicebat pugnæ principium. Erat ut interim notis nomine uerbis. Cur hic sensus perceptu est difficilis? Nẽpe quia est corruptus. Emendatur autem si erit loco illius erat: ac & copula pro etiã loco ut reponatur. hoc modo. Erit & iterim notis nomine uerbis. Nã interdum opus est finitione etiam uerbis quo ad appellationẽ notis. quo ad significationem uero obscuris. qualia sunt quæ subiiciũtur. Nã & penus & littus cum nomine nota sint: non paruam tamen circa res ipsas habent differẽtiam. Vnde grãmaticus ille apud. A. gelliũ in quarto ingenue profitetur se ignorare penoris definitionem: cum uerbũ ipsum sibi non ignotum esse contẽdat. Est autẽ penus quicquid in annuum reponitur uictũ. Vnde penuarium penus repositorium dicit. Vlpianus de penu legata. Q. Mutius scribit libro secundo iuris ciuilis penu legata contineri quæ esui potuiq; sunt. Littus uero est: ut ait Celsus de uerboꝝ significatione: quousq; maximus hybernus fluctus a mari puenit: Idq; M. Tulliũ cũ arbitr eẽt primũ cõstituisse ait. Quæ

litigatur. Opus est aliquãdo finitione obscurioribus & ignotioribus uerbis. qd sit clarigatio. erat ut iterim notis noie uerbis. Videbis quid sit penus. qd littus. quæ uarietas efficit: ut eã quidam coniecturæ. quidam qualitati. quidam legitimis quæstionibus subiecerint. Q uibusdam ne placuit quidem omnino subtilis hæc: & ad morẽ dialecticorum formata conclusio: ut in disputationibus potius per argumenta uerborũ cauilatrix: q̃ in oratoris officio multum allatura momẽti. Licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum: qui responsurus est uel ~~carcere~~ tacere: uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem est tamẽ eius in causis subtilitas. Presuadendum enim iudici ẽ: qui etiam si uerbis deuictus est: tamen nisi ipsi rei accesserit tacitus dissentiet. Agenti uero quæ tanta est huius præcisæ comprehensionis necessitas? An si non dixero homo est animal. rationale. mortale: non potero expositis tot corporis animiq; proprietatibus latius oratione ducta: uel a diis eum uel a mutis discernere? Q uid? q; nec uno modo diffinitur res eadem: ut facit Cicero. Q uid enim uulgo uniuersos latiore uarioq; tractatu? ut omnes oratores plerunq; fecerunt. Rarissima enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorum ducta seruitus. Est. n. certa seruitus ad certa se uerba astrigẽdi: idq; faciẽdũ i libris Ciceroꝝis de oratoꝝ uetat. M. Antoꝝius. Nã ẽ etiã piculosũ: cũ si uno i uerbo sit erratũ: tota cã cecidisse uideamur. Optimaq; ẽ illa uia: q̃ utit Cicero p Cecinna: ut res

uarietas efficiat. Effecit ac eã p ea legẽdũ esse facile ex ipso percipit sensu. Licet. n. ualeat in sermone tantũ: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus est uel carcere uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis subtilitas. Inuitus quidem facio: sæpius dicam: ut aliquid immutem. Sed ubi sensus laborat: acumenque ac elegantia Fabii periclitatur: ei quo quo modo succurrendũ uidetur cum præsertim quidam ita inuertant ut & ipsi ridiculi sint: & Fabii dicta obscuriora fiant. Sic enim in quibusdam legitur exemplaribus. licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus sit uel crucem uel etiam uncum id quod sit contra cogat fateri: non eadem tamen est eius in causis utilitas. Quid. n. ad hunc sensũ crux & uncus? Mihi certe & risum & stomachum mouent. In huius uero loci emendationem primum & copula est ascribenda & duo illa uerba Carcere & subtilitas etiã refragantibus exemplaribus: mihi uidentur immutanda non quidem indissimilia sed simillima uerba. Pro carcere nanque tacere infinitum: & utilitas non subtilitas a sensus integritate exiguntur. hoc modo. Et uel tacere uel etiam inuitum id quod sit contra cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis utilitas. Qui etiam si uerbis deuictus est. n littera ascripta deuinctus pulcherrime sensum custodit. Dialectica nanque acumina colligare ac deuincire disputantes uidentur. Quid? quod nec uno modo definitur res eadem: ut facit Cicero. Quid enim uulgo uniuersos latiore uarioque tractatu: ut omnes oratores plerunq; fecerunt. Quid mihi hoc loco sit faciundum ignoro. Nam ut aliquis inde sensus eliciatur aut adiicienda quædam

aut saltem quatuor hæc uerba. Quid enim uulgo uniuersos. expungenda uidentur. Sed cum facilius sit quæ supuacua apparent expũgere q̃ quæ sint ascribenda diuinare: eadem quatuor uerba trãsuerso calamo allinant atq; se copula interim ascribatur ac tria illa uerba ut facit Cicero. post illum ablatiuum tractatu transcribant dũ emendatius aliquod exẽplar inueniatur. hoc modo. Quid? quod non uno modo definitur res eadẽ sed latiore uarioq; tractatu ut facit Cicero. ut oẽs oratores plerũq; fecerũt. Etenim recuperatoris nõ ea sola uis est Imperiti alicuius temeritate factũ est: ut recuperatores in recuperatoris genitiuũ imutet: cũ esse casum uocãdi ex oratione Ciceronis p. A. Cecina apte colligat. Sunt aũt recuperatores iudices reg: qbus iniuria qs priuatus fuerat: recuperãdarũ. Is ei pfecto morte attulit. Hoc idẽ & iuriscõsulti decernũt. Iulianus ad legẽ Aquliã. Occidisse dicit uulgo quidẽ: qui mortis causã quolibet modo præbuit. Sed lege Aqlia is demũ teneri uisus est: qui adhibita ui & q̃si manu cãm mortis præbuisset tracta uidelicet iterp̃tatiõe uocis a cædendo uel a cæde. ulpianus ad legẽ Corneliã de siccariis. Nihil itereſt occidat qs an cãm mortis præbeat. Et in hoc fere maior labor est ut finitionẽ cõfirmes: q̃ in rẽ finitionẽ applices. ut pticula eleganter huic aduerbio q̃ subiicitur: cum non ad nomẽ sed ad uerbum refert. Quare hoc loco quoque & Fabii elegantia: ut particulam exposcit: & ita in quibusdam legitur exemplaribus. q̃ ut in rem finitionem applices. An in foro prouidendum. ut loco an particulæ ut legatur: sensus exposcit hoc modo. At in foro. Quod autem commune cum alio est: desinet esse proprium. De parum plena definitione hoc dicitur: Nisi enim sit propria definitio rei definitæ parum plena est atque impefecta: neque cum re definita cõuerti potest. id quod in primis exigitur in definitione. Accusator autem potest dicere falsam rei. Nisi non aduerbium ascribatur: ratio quæ subiicit: repugnare propositioni uidebitur Est enim sacrilegium sine controuersia surripere aliquid sacri. utrũ autem sit sacrilegium de sacro res priuatas subripere Seuerus & Antoninus Impatores: ut scribit Martianus ad legem Iuliam peculatus missa ad Casium Festum epistola: declararunt. Res inquiunt priuatorum si in ædem sacram depositæ: subreptæ fuerint: furti actionem non sacrilegii esse decernimus. Paulus quoque ad eadem Iuliam legẽ Sunt autem inquit sacrilegi: qui publica sacra compilarint. At qui priuata sacra uel ædiculas incustoditas temptauerint: amplius q̃ fures: minus q̃ sacrilegi puniri merẽtur. Quare quod sacrum: quodue admissum in sacrilegii crimen cadat: diligenter considerandum uidetur.

proponatur. uerba non periclitentur. Etenim recuperatores non ea sola uis est: quæ ad corpus nostrũ uitãq; peruenit: sed etiam multo maior ea: quæ periculo mortis iniecto: formidine animum pterritũ loco sæpe & cærto statu demouet. Aut cũ finitionẽ præcedit ꝓbatio: ut in philippicis Cicero Seruium Sulpitiũ occisũ ab Antonio colligit. & in clausula demũ ita finit. Is ei profecto morte attulit: q cã mortis fuit. Nõ negaueri tamen hæc quoq;: ut expedit causæ: esse facienda. Et siquando firma cõprehendi poterit: & breui cõplexu uerborum finitio eẽ: id tũ elegãs: tum etiam fortissimum: si mõ erit illa inexpugnabilis. Eius certus ordo est qd sit. an hoc sit: & i hoc fere labor maior est: ut finitionẽ cõfirmes: q̃ in rem finitionem applices. In eo qd sit duplex opus. Nã & ẽ nostra cõfirmanda & aduersæ ptis destruenda finitio. Ideoq; in schola ubi nobis ipsis fingius cõtradictionẽ: duos põere debemus fines: quales utrinq; eẽ optimi poterũt. At in foro prouidẽdũ: nũ forte superuacua: & nihil ad causã pertinẽs. an ambigua. an contraria. an communis sit finitio: quoꝝ nihil accidere: nisi agentis culpa põt. Vt recte autem finiamus: ita fiet si prius i aĩo cõstituerimus: quid uelimus efficere. Sic. n. accõmodari ad uolũtatẽ uerba poterũt. atq; ut a notissimo exẽplo: quo sit res lucidior: non recedamus. Q ui priuatã pecuniã de tẽplo surripit: sacrilegii reus est. culpa manifesta. Q uæstio est an huic crimini nomen quod est i lege cõueniat. Ergo ambigit an hoc sacrilegium sit. Accusator quia de templo sit surrepta pecunia: utitur hoc nomine. Reus quia priuatã surripuerit: negat esse sacrilegiũ: sed furtũ fatet. Actor ergo ita finiet: Sacrilegium ẽ surripere aliquid de sacro. Reus ita finiet: Sacrilegium est surripere aliquid sacri. Vterq; alterius finitionem impugnat. Ea duobus generibus euertitur: si aut falsa est: aut parũ plena. Nã illud tertiũ nisi stultis non accidit: ut nihil ad questionem pertineat. Falsa est si dicas. Equus ẽ aĩal rationale: nam est equus aĩal: sed irrationale. Q uod aũt cõe cũ alio ẽ desinet esse propriũ. Hic reus falsã dicit eẽ finitionẽ accusatoris. Accusator aũt põt dicere falsã rei. Nã ẽ sacrilegiũ surripere aliqd sacri. dicit parũ plenam. Adiiciendum enim ait ex sacro. Maximus autẽ usus i approbãdo refellẽdoq; fine ꝓpriorũ ac differẽtiũ. nõnunq; etiã etymologiæ. Q uæ tamẽ oĩa

nec ſtrangulet:nec fluat.pars togæ quæ poſtea ponitur fit ſuperior.Nam ita & ſedet melius & cõtinet.Subducẽda etiã pars aliqua tunicæ:ne ad lacertũ in actu redeat.tum ſinus iniiciẽdus humero:cuius extremã orã reiecisſe nõ dedecet. Operiri aũt humerũ cũ toto iugulo nõ oportet.Alioqui amictu fiet anguſtus:& dignitatẽ:quæ eſt in latitudine pectoris pdit.Siniſtrũ brachiũ eo uſq; alleuãdũ eſt: ut quaſi normalẽ illũ angulũ faciat:ſup quod ora ex toga duplex æqualiter ſedeat. Manus nõ ipleat anulis:præcipue medios articulos nõ tranſeuntibus: cuius erit habitus optimus:alleuato pollice:& digitis leuiter inflexis: niſi ſi libellum tenebit: quod nõ utiq; captãdũ ẽ. Videt enim fateri memoriæ diffidẽtiã: & ad multos geſtus eſt impedimẽto. Togã ueteres ad calceos demittebãt:ut græci palliũ. Idq; ut fiat q de geſtu ſcripſerũt circa tẽpora illa Plotius Nigidiuſq; præcipiũt:quo magis miror Plynii ſecũdi docti hominis.& in hoc utiq; libro pene etiã nimiũ curioſi pſuaſionẽ:q ſolitũ id facere Ciceron ẽ uelandoq; uaricũ gratia tradit:cũ hoc amictus genus in ſtatuis eoq; quoq;:qui poſt Ciceronẽ fuerũt:appareat.Palliolũ ſicut faſcias:qbus crura ueſtiũtur:& focalia & auriũ ligamẽta ſola excuſare põt ualetudo.Sed hæc amictus obſeruatio:dũ incipimus.pcedẽte uero actu iã pene ab initio narratiõis ſinus ab humero recte uelut ſpõte delabit:& cũ ad argumẽta ac locos uentũ ẽ:reiicere a ſiniſtro togã.deiicere etiã ſi hæreat:ſinũ cõueniet.Lænam a faucibus ac ſummo pectore abducere licet.Ardẽt enim iã oĩa: & ut uox uehementior ac magis uaria ẽ:ſic amictus quoq; habet actũ quẽdã uelut prælliantẽ. Itaq; ut leuã iuoluere toga:& icingi pene furioſũ ẽ:ſinũ uero in dextrũ humerũ ab imo reiicere:ſolutũ ac delicatũ ẽ.fiuntq; adhuc peius aliqua: ita cur laxiorẽ ſinũ ſiniſtro brachio nõ ſubiiciamus:Habet enim acre quiddã atq; expeditũ:& calori cõcitationiq; nõ inhabile.Cũ uero magna pars ẽ exhauſta oronis:utiq; afflãte fortuna pene oĩa decẽt.Sudor ipſe & fatigatio & negligẽtior amictus: & ſoluta: ac uelut labẽs undiq; toga.Quo magis miror hãc quoq; ſuccurriſſe Plinio curã:ut ita ſudario frontẽ ſiccari iuberet:ne comæ turbarent:quas cõponi poſt paulũ:ſicut dignũ erat:grauiter & ſeuere uetuit. Mihi uero illæ quoq; turbatæ præ ſe ferre aliquid affectus:& ipſa obliuione curæ huius cõmẽdari uident.At ſi icipiẽtibus ac paulũ pgreſſis:decidat toga nõ reponere eã prorſus negligẽtis aut pigri:aut quo modo debeat amiciri neſciẽtis eſt. Hæc ſunt uel illuſtramẽta pnũciatiõis uel uitia:qbus ppoſitis multa cogitare debet orator.Primũ qd. apud quos. qbus præſentibus ſit acturus.Nã ut dicere alia aliis:& apud alios magis conceſſum ẽ:ſic ẽt facere.neq; eadẽ uoce.geſtu.inceſſu.apud principẽ.ſenatũ.populũ. magiſtratũ. priuato.publico iudicio.poſtulatiõe.actione ſimiliter decent. Quã differentiã ſubiicere ſibi quiſq; q aĩum itenderit põt:tũ qua de re dicat:& efficere quid uelit. Rei quadruplex obſeruatio eſt. Vna in tota cã.Sunt enim triſtes.hilares.ſolicitæ. ſecuræ.grãdes.puſillæ:ut uix nũquã ita ſollicitari partibus eaq; debeamus: ut nõ ſummæ meminerimus.Altera quæ ẽ in differẽtia partiũ:ut in phemio.narratiõe. argumẽtatiõe.epilogo. Tertia in ſentẽtiis ipſis in qbus ſecũdũ res & actus uariãtur omnia.Quarta in uerbis:quorum ut eſt uicioſa ſi efficere omnia uelimus:imitatio: ita quibuſdam niſi ſua natura redditur: uis omnis aufertur. Igitur in laudationibus niſi ſi funebres erunt:gratiarum actione. exhortatiõe ſimilibus læta & magnifica & ſublimis eſt actio. Funebres.contiones. conſultationes plerũq; cauſæ deorum triſtes ac ſubmiſſæ.In ſenatu cõſeruanda auctoritas.apud populum dignitas.in priuatis modus. De partibus cauſæ & ſententiis & uerbis: quæ ſunt

Tamen ſinus iniiciendus humero. Tum loco illius tamen eſt legendum.

Quo magis miror Plynii ſecundi docti hominis:& in hoc utiq; libro pene etiã nimium curioſi perſuaſionẽ. Hĩc apte colligitur caligarũ uſum apud priſcos non fuiſſe. Scripſit autẽ & Plynius de inſtitutione oratoria:In quo libro hæc tradũtur. Leuam a faucibꝰ ac ſummo pectore abducere licet. V. littera in n conuerſa lænam ut legamus ſenſus expoſcit.De ueſte nanq; nõ demãu Fabius mihi loq uidetur.

Non reponere eam prorſus non negligẽtis. Non particulatim aſcripta uidetur eradenda ut citra negatiõem legatur.

Neq; eadẽ in nocte geſtu. inceſſu apud principem. p nocte uoce legendum uidetur. Et afficere quid uelit efficere.a.uocali in e cõuerſa manifeſte legendũ eſt. Vt uix unquam ita ſollicitari.Nunquam n littera aſcripta recte legitur.

Tria debet præstare pronuncia/ tio cõciliet.pſuadeat. moneat. mo/ueat.n littera in u cõuerſa legatur.

Perſuadẽdi uis affirmatiõe: quæ interim plus ipſis probatiõibus ua let. Aſſeueratione pro affirmatione facile cenſerẽ eſſe legẽdum: ſiquod uidiſſem exemplar quod mihi aſti pularetur. Eſt enim aſſeuerare ut ſu perius quoq; diximus: uim quandã animi motumq; corporis inter ipa argumenta probationeſq; admiſce re. Vt ipſe Fabius alibi. Cum præſer tim quorũdã probatio ſola ſit ĩ aſſe ueratione & pſeuerantia. Aſſeuera tione aũt eſſe legẽdũ etiam quæ ſe/quuntur aperte indicant. Et con/ſultus p̃termiſerit dicere. Permiſe/rit mani eſte legendum eſt. Sed danda breuis cogitatione mora. co gitationi quis uon uideat eſſe legen dum? Hoc præcipit Homerus Vlyſſis exemplo quẽ ſtetiſſe oculis in terram defixis ĩmotoq; ſceptro prius q̃ illam eloquentiæ ꝓcellam effundere dicit. T. littera aſcripta ef funderet eſt legendum. Hoc autem p̃cipit Homerus tertio Iliados cum ait. αλλοτε δη πολυμητις ανηρ/ ξειεν ολυσσευς.
ςασκεν. υπαι δε ιδεσκε κατα χθο/νος ομματα πηξας.
σκηπτρον δ ου τοπίσω ουτε προ/πρηνες ενωμα.
αλλα ζεμφες εχεσκεν αιδρι φωτι εοικως.
φαισκε ϊακοτουτινα εμμεναι αφ/ρονα τα υτως. Homerum aũt imi tatus Ouidius ĩ. xiii. metamorpho ſeos de eodem inquit Vlyſſe. Finie/rat Telamone ſatus. uulgiq; ſecutũ Vltima murmur erat. donec laer/tius heros Aſtitit: atq; oculos pau lũ tellure moratos Suſtulit ad ꝓce/res: exoptatoq; reſoluit Ora ſono. neq; abeſt facundis gratia dictis.

Crebro digitorum laborũq; mo/tu. Labiorum. i. uocali interiecta le/gendũ ẽ. Frequentiſſime poſtula bit. in his duntaxat. Sic quidẽ legiť. ſed corrupte ut mihi uidetur. Illa enĩ tria uerba. In his duntaxat pag̃ mihi cũ reliquis cõuenire uidẽtur. Ac fortaſſe ut particula aſcripta il/lud duntaxat ut redundãs eſt obli/nendum. Qu. n. Ligarius cũ eſſet in Africa nulla ſuſpicio belli. Duas dictiones hinc eſſe eradendas facile uidebit: q narrationẽ orationis pro Ligario leget. Sic enĩ ibi ſcriptũ eſt. Qu. igitur Ligarius cũ eſſet adhuc nulla belli ſuſpicio: legatus ĩ Africã multiplicia: pluribus dicendũ. Tria autem præſtare debet pro nũciatio: cõciliet. perſuadeat. moueat: qbus natura cohæret: ut etiã delectet. Conciliatio fere aut cõmẽdatione mor̃: q neſcio quo modo ex uoce etiã atq; actione perlucẽt: aut orationis ſua uitate cõſtat. Perſuadendi uis affirmatiõe: quæ interĩ plus ipſis ꝓbationibus ualet: An iſta ĩqt Callidio Cicero: ſi uera eſſent: ſic a te dicerent. & tantũ abeſt: ut inflammares noſtros animos. Somnũ iſto loco uix tenebamus. Fiducia igiť appareat: & cõ/ſtantia: utiq; ſi auctoritas ſubeſt. Mouẽdi ꝓ aũt ratio eſt aut ĩ re/præſentãdis aut imitãdis affectibus. Ergo cũ iudex ĩ priuatis: aut præco ĩ publicis dicere de cauſa iuſſerit: leuiter cõſurgẽdũ. tũ ĩ cõponenda toga: uel ſi neceſſe erit: etiã ex ĩtegro iniicienda dũtaxat in iudiciis. Apud principẽ enim & magiſtratus ac tri/bunalia nõ licebit: paulũ ẽ cõmorandũ: ut & amictus ſit decen/tior: & ꝓtinus aliqd ſpacii ad cogitãdũ & cũ ad iudicẽ nos con/uertimus: & cõſultus permiſerit dicere: nõ ꝓtinus ẽ erũpendũ: ſed dãda breuis cogitatiõi mora. Mire enĩ auditur̃ dicturi cu/ra delectat: & iudex ſe ipſe componit. Hoc præcipit Homerus Vlyxis exẽplo: quẽ ſtetiſſe oculis in terrã defixis: ĩmotoq; ſce/ptro priuſq̃ illã eloquentiæ procellam effunderet dicit. In hac cuntatione ſũt quædã nõ ĩdecentes: ut appellant ſcænici: moræ caput mulcere manũ intueri. ifringere articulos. ſimulare co/natũ. ſuſpiratione ſolicitudinẽ fateri: aut qđ quenq; magis de/cet: eo diutius ſi iudex nõdũ ĩtẽdit animũ. Status ſit rectus. æq & diducti paulũ pedes: uel ꝓcedens minimo ſiniſter. genua re cta: ſic tamẽ ut nõ extẽdãť. Humeri remiſſi. uultus ſeuerus. nõ mœſtus. nec ſtupẽs. nec languidus. Brachia a latere modice re mota. manus ſiniſtra: qualẽ ſupra demõſtraui. dextra cũ iã ĩci/piẽdũ erit: paulũ prolata ultra ſinũ. Geſtu q̃ modeſtiſſimo ue/lut ſpectans quãdo incipiẽdũ ſit. Vitioſa enĩ ſũt illa intueri la/cunaria. ꝓfricare faciẽ: & quaſi ĩprobã facere. tẽdere cõfidentia uultũ: aut quo ſit magis toruus ſupciliis a ſtringere. capillos a frõte cõtra naturã retro agere: ut ſit horror ille terribilis: tum id quod græci frequẽtiſſime faciũt: crebro digitor̃ labior̃q; mo/tu cõmendari. clare excreare. pedẽ alter̃ longe ꝓferre. partẽ to gæ ſiniſtra tenere. ſtare diductũ: uel rigidũ: uel ſupinum: uel ĩ/curuũ: uel humeris: ut luctaturi ſolent: ad occipitiũ ductis. Pro hœmio frequentiſſime lenis cõuenit ꝓnunciatio. Nihil eſt enĩ ad cõciliãdum gratius uerecundia. Nõ tamẽ ſemper. Nec enĩ uno modo dicuntur exordia: ut docui. Plerunq; tamen & uox temperata: ac geſtus modeſtus: & ſedẽs humero toga: & laterũ lenis in utranq; partẽ motus eodẽ ſpectantibus oculis decebit. Narratio magis prolatã manum. amictũ recidentem. geſtũ di ſtinctum. uocem ſermoni proximam: ac tantum apertiorẽ. ſo/num ſimplicem frequẽtiſſime poſtulabit. in his duntaxat. Qu. igitur Ligarius cum eſſet nulla belli ſuſpicio: &. A. Cluẽtius ha

bitus pater huiusce. Aliud in eadem poscent affectus uel concitati. Nubit genero socrus. uel flebiles. Constituit in foro lodiceæ spectaculū acerbū & miserȝ toti asiæ ꝓuinciæ. Maxime uaria & multiplex actio est ꝓbationū. Nam ꝓponere. partiri. iterrogare sermoni sūt ꝓxima: & cōtradictionē sumere. Nā ea quoq; diuersa ꝓpositio est. Sed hæc tamē aliquando irridentes. aliquādo imitantes pronunciamus. Argumentatio plerunq; agilior & acrior & instantior consentientem orationi postulat etiam gestum ideſt fortē celeritatem. Instandū qbusdā in partibus: & densanda oratio. Egressiones fere lenes & dulces & remissæ. raptus Proserpinæ. siciliæ descriptio. Gn. Pompeii laus. Neq; enī mirū minus habere cōtentionis ea quæ sūt extra quæstionē. Mollior non nūq̄ cū reprehensione diuersæ partis imitatio. Videor uidere alios intrantes. alios aūt exeūtes. quosdā ex uino uacillātes. Vbi nō dissidēs a uoce ꝑmittit gestus quoq; ī utrāq; ꝑtē. tenera quædā: sed ītra manus tamē & sine motu latȝ trāslatio. Accēdēdi iudicis plures sunt gradus. Summus ille & quo nullus ē ī oratore acutior. Suscepto bello Cæsar gesto ēt iā ex ꝑte magna. prædixit enī. q̄tum potero uoce contendam: ut populus hæc romanus exaudiat. Paulum inferior & habens aliquid iam iucūditatis. Quid enī tuus ille Tubero ī acie pharsalica gladius agebat? Plenius adhuc & lentius ideoq; dulcius. In cœtu uero populi romani negociū publicū gerens. Producenda omnia: trahēdæq; tū uocales. aperiēdæq; sūt fauces: pleniore tamē hæc canali fluūt. Vos albani tumuli atq; luci: Nā cantici quiddā habent: sensimq; resupina sunt. Saxa atq; solitudines uoci respōdent. Tales sunt illæ īclinationes uocis: quas ī uicem Demosthenes atq; Aeschines exprobrāt: nō ideo īprobādæ. Cū enī uterq; alteri obiiciat palā est utrūq; feciſſe. Nā neq; ille ꝑ marathonis & plateaȝ & salaminis ꝓpugnatores recto sono iurauit. nec ille thebas sermone defleuit. Est his diuersa uox: & pene extra organū: cui græci nomē amaritudinis dederunt supra modū: ac pene naturā uocis humanæ acerba. Quin cōpescitis uocē istā indicē stultitiæ. testē paucitatis. Sed id quod excedere modū dixi: ī illa ꝑte prima est. Quin cōpescitis. Epilogus si enumerationē reȝ habet: desiderat quādā cōcisoȝ cōtinuationē: si ad cōcitādos iudices est accōmodatus: aliqd ex iis quæ supra dixi. Si placandos inclinatam quandam lenitatem: si misericordia commouendos flexum uocis: & flebilem suauitatem: qua præcipue franguntur animi: quæq; est maxime naturalis. Nam etiam orbos uiduasq; uideas in ipsis funeribus canoro quodam modo proclamantes. Hic etiam fusca illa uox qualem Cicero fuisse in Antonio dicit: mire faciet. Habet enim in se quod imitemur. Duplex est tamen miseratio. altera cum inuidia: qualis modo dicta de damnatione Philodami. altera cum deprecatiōe demissior. Qua re etiam si est in illis quoq; cātus obscurior. In cœtu uero populi romani. Nō enim hæc rixantis modo dixit. & uos albani tumuli. Neq; enim quasi inclamaret: aut detestaretur locutus est. tamen infinito magis illa flexa & circundata. Me miserum & me infœlicem. Et quid respondebo liberis meis: & reuocare tu me in patriam potuisti Milo per hos. ego te in eadem patria per eosdem retinere non potero. Et cū bona. C. Rabirii uno sestertio addicit. O meum miserum acerbumq; præconium. Illa quoq; mire facit in peroratione uelut deficientis dolore: & fatigatione confessio: ut pro eodē Milone. sed finis sit. Neq; enī præ lachrimis iā loq possum. Quæ similē uerbis habere debēt

cū cōsule cōsidio. ꝓfectus est. Vbi non discedens a uoce ꝓmittit gestus quoq;. Dissidēs ut legatur sensus exposcere uidetur magis q̄ discedēs & quo illa ꝑticula q; erasa hoc modo. Quo ī utrāq; ꝑtē. Fit aūt uerbū aut ascribendū: aut saltem ē subaudiendū. ut legat. trāslatio fit. Et habens aliqd iā iucūditatis. loco illius iā etiā est legendū. Nā cantici quiddā habent. Iā legendum uidetur loco illius nam.

Sed ad concitandos iudices accommodatus. Si particula est ascribenda Loco illius sed. Si placandos inclinatam quandam leuitatem. Lenitatē. u. littera in n mutata est legendum. Nā etiam orbos uiduasq; uidebas. B. littera expuncta uideas legatur. Tamē īfinito magis illa flexa & circūdata. Circūducta legēdū uidetur. Et cum bona C. Rabirii uno sestertio adiicit. Addicit duplici. dd. ē scribēdum. Si finis sit. Sed legendum esse loco si coniunctionis: qui legerit peroratiōnem pro Milone facile uidebit.

Et quia in partibus cauſe & aliis eſt uarietas. Etiã loco & copulæ mihi legendum uidetur. At non hæc miſellus & paupercu/lus. An.T.littera in.N. mutata legendum eſt.

Cum præcipue in actione ſpectetur deorum. C littera aſcripta decorum manifeſte ẽ legendum. Caput ẽ artis dicere quod faci/as. Decere. i uocali in e conuerſa ſcribendum.

Maximos auctores comœdiarum. Recte V uocali eraſa qdam actores legunt. Et nõ nũquã dextra latere facere geſtus. Dextro le/gendum ne admonendi quidẽ ſumus. Affectatiõibus moleſte utemur. Pro affectationi/bus. mihi effictiõibus uidetur eſſe legẽdum. nec ignoro affectioni/bus a qbuſdã legi. Hic enim eſt dubitatiões. moras. Deprauatus hic locus ſic emendari poteſt. Eſt enim uerbũ uidetur expungendũ. & dubitatione littera s. eraſa legendũ. Næc uult nimium eſſe condicta. C. littera expuncta condita mihi legendum uidetur.

etiã pronũciationem. Poſſunt uideri alia quoq; huius partis atq; officii re os excitare. pueros attollere. propinquos ꝓducere. ueſtes laniare. ſed ſuo loco dicta ſunt. Et quia in partibus cauſæ & aliis eſt uarietas: ſatis apparet accõmodãdã ſentẽtiis ipſis ꝓnũciationẽ: ſicut oſtẽdimus. Sed uerbis quoq; qđ nouiſſime dixerã non ſemp. ſed aliquando. An non hæc miſellus & pauperculus ſubmiſſa atq; cõtracta. fortis & uehemẽs elatio: erecta & cõcitata uoce dicendũ eſt? Accedit enĩ uis & ꝓprietas rebus tali adſtipulatiõe: quæ niſi adſit: aliud uox. aliud animus oſtẽdat. Q uid? q; eadẽ uerba mutata ꝓnũciatione indicãt. affirmãt. exprobrãt. negãt. mirant. indignant. interrogãt. irridẽt. eleuant. Aliter enĩ dicit. Tu mihi quodcũq; hoc regni: & Cantãdo tu illũ: & Tu ne ille æneas. & Meq; timoris argue tu Drãce. & ne morer: ĩtra ſe qſq;: uel hoc uel aliud qđ uolet: per oẽs affectus uerſet: ueꝝ eſſe qđ dicimus ſciet. Vnum iã iis adiiciendũ eſt: cũ præcipue in actione ſpectet decoꝝ: ſæpe aliud alios decere. Eſt enim latens quædã ĩ hoc ratio: & inenarrabilis: & ut uere dictũ ẽ: caput eſſe artis decere qđ facias. Id ita nec ſine arte eſſe: nec totũ arte tradi poteſt. In qbuſdam uirtutes nõ habent gratiã. in qbuſdam uitia ipſa delectãt. Maximos actores comœdiaꝝ Demetriũ & Stratoclẽ placere diuerſis uirtutibus uidimus. Sed illud minus mirũ: q; alter deos: & iuuenes: & bonos patres: ſeruoſq;: & matronas: & graues anus optime. alter acres ſenes: callidos ſeruos. paſitos. lenones: & oĩa agitatiora melius. Fuit enĩ natura diuerſa. Nam uox Demetrii iucundior. illius acrior erat. Annotandæ magis ꝓprietates: quæ tranſferri nõ poterant. Manus iactare: & dulces exclamationes theatri eã ꝓducere: & ingrediẽdo uẽtum cõcipere ueſte: & nõnunq; dextro latere facere geſtus: quod neminem alium præter Demetrium decuit. Nanq; ĩ hæc omnia ſtatura & mira ſpecie adiuuabat. Illũ curſus & agilitas: & uel parũ cõueniẽs perſonæ riſus: quẽ nõ ignarus rationis populo dabat: & contracta etiã ceruicula. Q uicquid hoꝝ alter feciſſet: fœdiſſimum uideretur. Q uare norit ſe quiſq;: nec tantũ ex cõibus præceptis: ſed etiã natura ſua capiat conſilium formandæ actionis. Neq; illud tamen eſt nefas: ut aliquẽ uel oĩa uel plura deceãt. Huius quoq; loci clauſula ſit eadem neceſſe ẽ: quæ cæterorum eſt: regnare maxime modum. Non enim comœdũ eſſe: ſed oratorem uolo. Q uare nec in geſtu perſequemur omnes argutias: nec in loquẽdo diſtinctionibus. tẽporibus. affectationibus moleſte utemur: ut ſi ſit ĩ ſcæna dicendũ. Q uid igit faciã? nõ eã? ne nũc qdem cũ accerſor ultro? an potius ita me cõparem nõ perpeti meretricũ cõtumelias? Hic enim dubitatione moras. uocis flexus. uarias manus: diuerſos nutus actor adhibebit. Aliud oratio ſapit nec uult nimiũ eſſe condita. Actione enim conſtat. non imitatione. Q uare non immerito reprehenditur pronunciatio uultuoſa: & geſticulationibus moleſta: & uocis mutationibus reſultans. Nec inutiliter ex græcis ueteres tranſtulerũt: qđ ab his ſumptũ Lenas Popilius poſuit eſſe hanc inocioſã actionẽ. Optime igit idẽ q oĩa Cicero præceperat: quæ ſupra ex oratore poſui. Q uibuſ ſimilia ĩ Bruto de. M. Antonio dicit. Sed iã recepta ẽ actio paulo agitatior. et iã exigit: & qbuſdã partibus cõuenit: ita tamẽ tẽperãda: ne dũ actoris captamus elegantiã: perdamus uiri boni & grauis auctoritatẽ.

VEntū est ad ptē opis destinati lōge grauissimam: Cuius equidē onus si tātū opiniōe prima eōcipere potuissē:quāto me premi ferēs sentio: maturius cōsuluissē uires meas. Sed initio pudor omittēdi q̄ ꝓmiserā tenuit:mox q̄q̄ ꝑ singulas quoq; ptes labor crescceret:ne ꝑderē q̄ iam effecta erāt:ꝑ oēs difficultates aīo me sustētaui. Q uare nunc quoq; licet maiori q̄ unq̄ mole premar: tamē ꝓspiciēti finē mihi cōstitutū ē uel deficere potius q̄ desparē. Fefellit aūt q; initiū a puis cepamus.mox uelut aura solicitāte ꝓuecti lōgius:dū tātū nota illa & pleriſq; artiū scriptoribus tractata præcipimus:nec adhuc a littor ꝓcul uidebamur: & multos circa uelut iisdē se uētis credere ausos habebamus.Iā cū eloquēdi rōnē nouissime reptā pauciſſimiſq; tēptatā īgressi sumus:ratis q̄ iā ꝓcul a portu recessisset rapiebat.Postq̄ uero nobis ille:quē īstituebamus:orator a dicendi magistris dimissus:aut suo iā īpetu ferē:aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapiētiæ penetralibus petit:q̄ ī altū simus ablati:sētire cœpimus.Nūc cælum undiq; & undiq; pōtus. Vnū mō ī illa īmēsa uastitate cernē uidemur.M. Tulliū:q tamē ipse q̄us tāta atq; ita īstructa naue hoc mare īgressus:cōtrahit uela:ihibetq; remos:& de ipso demū genere dicendi:quo sit usurus pfectus orator:sat hēt dicē.At nr̄a temeritas ēt mores ei conabit dare:& assignabit officia:ita nec ātecedētē cōseq possumus:& lōgius eūdū ē. Vt res feret:ꝓbabilis tamē cupiditas honestor: & tutioris audaciæ ē tēptare: q̄bus paratior uenia ē. 11. Nō posse oratorem nisi uirum bonū esse.

It ergo nobis orator:quē īstituimus:is q a.M.Catōe finit:uir bonus dicēdi ꝑitus.uer id qđ ille posuit prius:& ipsa natura potius ac maius est utiq; uir bonus:id nō eo tātū:qđ si uis illa dicēdi malitiā īstruxerit:nihil sit publicis priuatisq; rebus ꝓnicioſius eloquētia: nosq; ipsi q ꝓ uirili ꝑte cōferre aliqd ad facultatē dicēdi cōati sumus:pessime mereamur de rebus humanis:si latroni cōparemus hæc arma.nō militi. Q uid de nobis loquor? Rer ipsa natura in eo quo præcipue īdulsisse homini uidetur quoq; nos a cæteris aīalibus separasse:nō parēs:sed nouerca fuerit: si facultatē dicēdi sociā scelerū.aduersā īnocentiæ.hostē ueritatis inuenit. Mutos enī nasci & egere omni rōne satius fuisset:q̄ ꝓuidētiæ munera ī mutuā ꝓniciē cōuertere.Lōgius tēdit hoc iudiciū meū.Neq; enī tātū id dico:eū qui sit orator:uirū bonū eē oportere:sed ne futur qdē oratorē nisi uir bonū.Nā certe nec ītelligētiā cōcesseris iis:q ꝓpositā honestor ac turpiū uia peiorē seq malūt neq; prudētiā:cū grauissimas frequenter legū: semp uero malæ cōscientiæ pœnas a semetipsis īprouiso rer exitu īduant. Q uod si neminē malum esse nisi stultū eūdē non modo a sapientibus dicitur: sed uulgo quoq; semp ē creditū:certe non fiet unquā stultus orator. Adde q; ne studio quidē operis pulcherrimi uacare mens nisi omnibus uitiis libera potest. Primum q; in eodem pectore nullum est honestorū turpiumq; cōfortuū:& cogitare optima simul & deterrima nō magis est unius animi:q̄ eiusdē

Raphaelis Regii in deprauatiōes duodecimi oratoriæ īstitutionis libri annotatiōes.

VEntū ē ad ptē. Informatus hoc ultimo uolumine oratorem Quītilianus & cās difficultatis ꝓtexit. & se potissimū Ciceronem sequi ostēdit. Fefellit aūt q; initium a paruis cœpamus.Citra diphthōgū ceperamus mihi legēdū uidet: ut ītel ligatur sumpseramus.

Quā in altū sumus ablati. V. uocali ī i cōuersa simus recte legitur.

It igitur orator quem constituimus.Loco illius ꝓpositiōis cō ascribenda ī uidetur:ut īstituimus legat.Colligit autē Fabius nō posse esse nisi bonum uirꝝ oratorē. Id nō eo tātū:qđ si uis ista dicēdi maliciā instruxerit. Hic locus ad sensus absolutionē aut ſpectat uerbū aut simile desiderat.ut certe loco illius qđ reponēdū cōtēderim ut legat.hoc mō.Id non eo tātū:ut si uis ista dicendi maliciā instruxerit: nihil sit publicis priuatisq; rebus pnicioſius eloquētia. Rer ipsa natura ī eo quo ꝓcipue īdulsisse homini uidetur. nos quoq; a cæteris aīalibus separasse: nō parēs: sed nouerca fuerit.Semidocti alicuius temeritate factū ē: ut hic sēsus ex apto & cādido obscurior difficiliorq; redderet. Is.n. qcūq; fuerit:putauit illud quoq; cōiūctionē eē ordis subiūctiui:eoq; illi ꝓnomini nos su/

biiciūdā:nō aīaduertēs hoc loco eē ablatiuū cū illa q̄ copula colligatū:ac idcirco āte illud ꝓnomē nos collocādū:ut quo mō Fabius scriptū reliqt:sic legat.Quoq; nos:a cæteris aīalibꝫ sepasse. Quod si agror nimia cura.Sic qdē legit & recte oībꝫ fere legi uī,sed pr Fabii ꝓposito nimia agror cura cōuēire uī.neq;.n.đ rusticis.

sed de urbanis hic uerba fiunt: ac de iis demū q arti oratoriæ student: q certe in colēdis agris minime solent occupari. Quare loco agroꝝ: ausim cōtendere corpoꝝ esse legendū: quis nulla mihi exēplaria astipulent. Nā & cū insidiatur præ curis. Spe loco illius ꝓpositionis p̄ē legendū. Etiā cū sceleris cōpos fuerit. Elegāter loquēdi rō exposcit: ut loco illius ét hæc copula & reponat. hoc mō. & cū sceleris cōpos fuerit. Nō hercle magis q̄ frugibus interea sentibus ac rubis occupata. In terra legēdū eē ne admonitiōe qdem idiget q̄ſq̄. Deniq; ut maximā ptē q̄stionis eximiam demus. Sic qdem legit. Sed i uocali erasa eximā ut legatur sensus exposcit. At malis hoibus ex cōceptu opiniōis. Pro conceptu recte qdā legūt cōtēptu. Mali enī negligunt hominū de se opinionem. Videaturq; talis aduocatus malæ causæ augmētū. Argumētū sensus exposcit. nō augmētum. Atq; huius quoq; mores multi reprehendunt. Atq e uocali i i cōuersa ē legēdū. Mihi. n. nec Demosthenes tā graui moꝝ dignus uidet iuidia. Illa ptícula enī mihi redūdare eoq; expūgēda uidet. Demosthenes aūt: ut ex Plutarcho colligilicet: nisi pecūia uictus Harpali cām deseruisset: aliasq; ꝓdidisset: facile iter bonos uiros habitus fuisset. Nā græciæ libertatē aduersus & Philippū & Alexādrū & alios tyrānos usq; ad ultimū uitæ diē cōstantissime tutatus fuisse narrat. Sūpto autē uenēno piit hac de cā. Cū post Alexādri mortē nunciatū esset Antipatrū & Craterū Athenas aduētare. Demosthenes & q cū illo sentiebāt: urbe ꝓfugerūt. Populus uero auctoꝝ Demade capitis eos condēnauit. His igit uarie dispsis: missi ab Antipatro satellites: quoꝝ Archias tragœdiaꝝ actor princeps erat: illos sunt psecuti. Qui post alios iterfectos: cū Demosthenē accepisset i Calauriā īsulā ad tēplū Neptuni cōfugisse: illuc nauigauit: ac tēplū ingressus primo suadet demostheni cœ-

dem hominis bonū esse ac malum. tum illa quoq; ex causa: q̄ mentem tantæ rei intentam uacare omnibus aliise: tiam culpa carentibus curis oportet. Ita demum enim libera: ac tota: nulla distringente: atq; alio ducente causa spectabit id solum: ad quod accingitur. Quod si agrorum nimia cura: & sollicitior rei familiaris diligentia: uenandi uoluptas: & dati spectaculis dies: multum studiis auferūt (Huic enī rei perit tēpus quodcūq; alteri dat) quid putamus facturas cupiditatem. auaritiam. inuidiam: quarū ꝑpotentissimæ cogitationes sōnos etiam ipsos: & illa per quietem uisa pturbant: Nihil est enim tam occupatum. tam multiforme: tot ac tam uariis affectibus cōcisum atq; laceratum: q̄ mala mēs. Nam & cum īsidiatur spe. curis. labore distringitur: etiam cum sceleris compos fuerit: sollicitudine. pœnitentia. pœnarū omnium expectatiōe torquetur. Quis inter hæc litteris: aut ulli bonæ arti cultus: non hercle magis q̄ frugibus in terra sentibus ac rubis occupata. Age non ad pferēdos studiorū labores necessaria frugalitas: Quid ergo ex libidine aut luxuria spei: Nō præcipue acuit ad cupiditatē litteraꝝ amor laudis: Num igitur malis esse laudem curæ putamus: Iam hoc quis non uidet maximam partem orationis in tractatu æqui boniq; consistere: Dicet ne de iis secundū debitam reiꝝ dignitatem malus atq; iniquus: Deniq; ut maximā partem quæstionis eximam: demus: id quod nullo modo fieri potest: idē ingenii. studii. doctrinæ pessimo atq; optimo uiro. Vter melior dicetur orator: nimiꝝ qui homo quoq; melior. Non igitur unq̄ malus idem homo & perfectus orator. Non enī perfectum quicq̄: quo melius ē aliud. Sed ne more socraticorū nobismet ipsis responsum finxisse uideamur: sit aliquis adeo cōtra ueritatē obstinatus: ut audeat dicere eodem ingenio. studio. doctrina præditum nihilo deteriorem futurum oratorem malum uirum q̄ bonū. Conuincamns huius quoq; amētiam. Nam hoc certe nemo dubitabit: omnem oratorem id agere ut iudici quæ proposita fuerint: uera & honesta uideantur. Vtrum igit hoc facilius bonus uir psuadebit: an malus: bonus qdem & dicet sæpius uera atq; honesta. Sed etiā siquādo aliquo ductus officio: quod accidere: ut mox docebimus: pōt: falso hæc affirmare conabit: maiore cū fide necesse est audiatur. At malis hōibus ex conceptu opinionis & ignorātia recti nōnūq̄ excidit ipsa simulatio. Inde īmodeste ꝓponūt. sine pudore affirmāt. Seqt i iis quæ certū est effici nō posse: deformis ptinacia & irritus labor. Nā sicut i uita ita i causis quoq; spes īprobas habēt. Frequēter aūt accidit: ut iis etiā uera dicētibus fides desit: uideaturq; talis aduocatus malæ causæ argumētū. Nūc de iis dicēdū ē: quæ mihi quasi cōspiratiōe q̄dā uulgi reclamari uidēt. Orator ergo Demosthenes non fuit: at q malū uirū accepimus. Nō Cicero: atq; huius quoq; mores multi reprehēderūt. Quid agā: magna respōsi īuidia subeūda. mitigandæ sūt prius aures. Mihi. n. nec Demosthenes tā graui moꝝ dignus uidet iuidia: ut oīa q̄ i eū ab inimicis cōgesta sūt credā: cū & pulcherria eius reip. cōsilia: & finē uitæ claꝝ legā. Nec. M. Tullio dfuisse uideo i ulla pte ciuis

optimi uoluntatē. Testimonio est actus nobilissime consulatus. integerrime, puicia administrata: & repudiatus uigintiuiratus: & ciuilibus bellis quæ in ætate eius grauissima inciderūt: neq; spe: neq; metu declinatus aius: quo minus optimis partibus rei p. se iungeret. Parū fortis uidet' quibusdā: qbus optime respondit ipse: nō se timidū in suscipiendis: sed in ꝓuidendis piculis. quod ꝓbauit morte quoq; ipsa: quā præstātissimo suscepit animo. Q uod si defuit iis uiris sūma uirtus: sic quærētibus an oratores fuerint: respōdebo quomodo stoici. si interrogarent': an sapiēs Zeno. an Cleāthes. an Chrysippus: ipsi respondeāt magnos qdē illos ac uenerabiles: nō tamen id qđ natura hominis summū habebat cōsecutos. Nā & Pythagoras nō sapientē se: ut & q ante eū fuerūt: sed studiosū sapiētiæ uocari uoluit. Ego tamen secūdum cōem loquēdi cōsuetudinē sæpe dixi dicāq; pfectū oratorē eē Ciceronē: ut amicos & bonos uiros & prudētissimos dicimus uulgo: quoꝝ nihil nisi pfecte sapiēti dat'. Sed cū ꝓprie & ad legē ipsā ueritatis loquēdū erit: eū quærā oratorē quē & ille quærebat. Q uanq; enī stetisse eū in fastigio eloquentiæ fateor: ac uix qd adiici potuerit iuenio: fortasse iueturus qd adhuc abscisſurū putē fuisse. Nā fere sic docti iudicauerūt plurimū ī eo uirtutum. nō nihil fuisse uicioꝝ: & se ipse multa ex illa iuueníli abūdantia coercuisse testatur. tamen quando nec sapientis sibi nomen minime sui contēptor asseruit: & melius dicere certe data lōgiore uita: ætate ad cōponēdū securiore potuisset: nō maligne crediderim defuisse ei summam illā ad quā nemo ꝓpius accessit. Et licebat si aliud sentirem fortius id liberiusq; defendere. An uero. M. Antonius neminē a se uisum eloquētem: quod tāto minus erat profectus est: Ipse etiā. M. Tullius quærit adhuc eū: & tātū imaginatur ac fingit. Ego nō audeā dicere aliqd in hac quæ supest: æternitate inueniri posse: eo quod fuerit pfectius: Trāseo illos q Ciceroni ac Demostheni ne ī eloquētia qdē satis tribuunt. q̄q̄ neq; ipsi Cicerōi Demosthenes satis uideat' esse pfectus: quē dormitare iterim dicit: nec Cicero Bruto Caluoq: q certe cōpositionē illius etiam apud ipsum reprehendūt: nec Asinio utiq; q uitia oronis eius ēt inimice plu ribus in locis cōsequitur. Cōcedamus sane quod minime natura patitur: repertū esse aliquē malū uirū sūme disertū: nihilo tamē minus oratorē eū negabo. Nā nec oibus q fuerint māu prompti: uiri fortis nomē cōcesserim: qa sine uirtute itelligi nō pōt fortitudo. An ei q ad defendēdas cās aduocat': nō est opus fide: quā nec cupiditas corrūpat. nec grā auertat. nec metus frāgat: sed ꝓditorē. trāsfugā. præuaricatorē donabimus oratoris illo sacro nomie: Q uod si mediocribus etiā patronis cōuenit hæc: quæ uulgo dicit' bonitas: cur nō orator ille q nōdū fuit: sed pōt esse: tā sit moribus q̄ dicēdi uirtute pfectus: Non enī forensem quādā īstituimus operā: nec mercenariā uocē: nec ut asperioribus uerbis parcamus: nō inutilem sane litium aduocatū: quem deniq; causidicum uulgo uocant: sed uirum cum īgenii natura præstātem tum uero tot pulcherrimas artes penitus mente complexum: datum tādem rebus humanis: qualem nulla antea uetustas cognouerit. singulare perfectumq; undiq;. optima sentientem optimeq; dicentem. In hoc quota pars erit: quod aut innocentes tuebitur: aut improborum scelera compescet: aut in pecuniariis quæstionibus ueritati ꝓcontra calumniam aderit: Summus ille quidem in iis quoq; fuerit: sed in maioribus clarius elucebit: cum pit: ut una secum ad Antipatrū se conferret nihil molesti ab illo ppessurus. Cui respōdēs demosthenes. Nihil est Archia inqt qđ coneris. Neq; enī in scæna mihi ūq̄ placuisti mimus. neq; nūc psuadebis Legatus. Cū aūt Archias se p uim detracturū eē minaretur: Tādē īqt Macedonica oracula aperuisti. Nā prius qdē tāquā histrio simulabas. Verū age parumper expecta dū pauca domesticis scribo: hæc locutus sūpto libro tanq̄ scribere uellet calamū ori admouit ac mordicus tenuit: ut ī cogitādo scribēdoq; facere solebat. Deide caput ueste tegēs se īclinauit. & cū ab ara retraheret' cecidit suspirāsq; animam emisit. Quo mō stoici si īterrogarent'. Interrogent' a & r lris expūctis é legēdū. Nam & Pythagoras nō sapientē se & cæteri. ut loco illius & copulæ reponat'. hoc mō. ut cæteri. Ac uix qd adiici poterit inuenio. V uocali ascripta potuerit emēdate legit'. Aetate ad cōponendū securiore. Pro securiore si legeret' seueriore: sensui fortasse magis cō ueniret. Nec Asinio utiq; q uitia oronis eius. V triq; r littera ascripta recte legit'. & insequunt' p illo cōsequunt'. De pīe autem & filio sētit.

Aut ī pecuniariis q̄stiōibus ueritati cō tra calūniā addiderit. Tribus litteris ex hoc ultīo uerbo erasis aderit manifeste legēdū est cū īterrogatione. Sūmis ille quidem in iis quoq; fuerit. Summus pro summis legendum esse nemo non uidet.

Et quid nō in bellis quoq;. Et copula ut redundans uideť expūgenda. Et honesti patris imago succesſerit. Castigate in qbusdā exēplaribus loco patris legiť pſens imago. Bonis nūquā honestus ſermo deficiet. I uocali ī o cōuerſa bonos recte legiť ita uerbo deficio exigēte.

Nunquā rerū optimaꝝ. Nā idem etiam prudentes erunt. Inuentioq; etiam ſi lenocinii deſtituta ſit. Lenociniis quidē s. littera aſcripta emendate in quibuſdam legitur exemplaribus. ſed fœdiora inſunt in hoc loco flagitia: quæ niſi tollātur: & ſenſum & Fabii elegātiā penitus cōfundūt. Vnius aūt pticulæ emēdatiōe totus illuſtratur hic locus. Que enī copula in quæ relatiuū nomen eſt cōuertenda: ſicq; diſtinctiōes adhibēdæ: ut ītelligamus rerum optimarū inuentionem nunq̄ bonis uiris defuturā. Hoc itaq; modo diſtinguatur. Nūquā rerum optimarū (Nam iidem ēt prudētes erunt) inuentio: quæ etiam ſi lenociniis deſtituta ſit. In hac elaboremus. A uocali in. o. mutata hoc legať p hac. Nā ſi natura nō ꝑhibet & eſſe bonū uirū & eē dicēdi pitū. Illud alterꝝ eē mihi redūdare uideť. Sufficit. n. prius ſi ante illā & copulā colloceť. hoc mō. eē & bonū uirū & dicēdi peritū.

Cōſeq poſſet. e uocali ī i cōuerſa poſſit recte legiť. Hoc certe ꝑcul eximatur aīoꝝ pulcherrimā eloquētiā cum uitiis mētis poſſe miſceri. Depraua/tus hic locus ſic mihi uideť corrigēdus. ut nō ꝑcul. ſed prorſus & aīo loco aīoꝝ legať. & rerū genitiuus aſcribať. hoc mō. eximať aīo rerꝝ pulcherrimā eloquētiā. ex ſnīa nāq; eurypidis eloquētiā rerꝝ humanarū reginā ſuperius quoq; Fabius appellauit. Protractare enim quo modo fuit ēt ꝑ falſis. Pertractare: qđ eſt ī frequēti uſu ile gendū puto nō protractare: qđ apud quēquā nō īuenitur. illa quoq; ꝑticula etiā ante aut ponať. hoc mō. Quo mō ēt aut. Neq;. n. Academici cum in utrāq; dixerūt parte: nō ſecundū alterā uiuūt. X litteræ loco ſſ duplex reponēdū ē: ut diſſerūt hoc ē diſputant legatur. regenda ſenatus cōſilia: & popularis error ad meliora ducēdus. An nō talē quendā uideť finxiſſe Vergilius: quē ī ſeditione uulgi iam faces & ſaxa iaculantis: moderatorē dedit animi: Tū pietate grauē ac meritis ſi forte uirū quē Cōſpexere: ſilent arrectiſq; auribus adſtant. Habemus igiť ante oīa uirū bonū. poſt hæc adiecit dicendi peritū. Ille regit dictis aīos & pectora mulcet. Quid: nō in bellis quoq; idem ille uir quem īſtituimus: ſi ſit ad prælīū miles cohortādus: ex mediis ſapiētiæ præceptis orationē trahet: Nā quo mō pugnā ineuntibus tot ſimul metus laboris. doloris. poſtremo mortis ipſius excidereť: niſi in eorum locum pietas & fortitudo & honesti præſens imago ſucceſſerit: Quæ certe melius perſuadebit aliis: q̄ prius ꝑſuaſerit ſibi. Prodit enī ſe quālibet cuſtodiať ſimulatio: nec unquā tanta fuerit eloquendi facultas: ut nō titubet ac hæreat: quotiēs ab aīo uerba diſſentiūt. Vir aūt malus aliud dicat neceſſe eſt q̄ ſentiat. Bonis nūquā honestus ſermo deficiet. nūquā rerꝝ optimarū (nā iidē etiā prudētes erunt) inuentio quæ etiā ſi lenociniis deſtituta ſit: ſatis tamen natura ſua ornať: nec qcquā nō diſerte quod honeste dicíť. Quare iuuētus īmo oīs ætas. (neq; enī recte uoluntati ſerū eſt tempus ullum) totis mētibus huc tendamus. in hoc elaboremus. forſan & cōſumare contingat. Nā ſi natura nō ꝑhibet & eſſe uirū bonū: & eſſe dicendi pitum: cur nō aliqs etiā unus utrunq; cōſequi poſſit: Cur aūt nō ſe qſq; ſperet fore illū aliquē: ad quod ſi uires ingenii non ſuffecerint: tamen ad quē uſq; modū proceſſerimus: meliores erimus ex utroq;. Hoc certe procul eximať aīo rerū pulcherrimā eloquentiā cū uitiis mentis poſſe miſceri. Facultas dicendi ſi ī malos ĩcidit: & ipſa iudicanda eſt malū. peiores enim illos facit: qbus cōtigit. Videor mihi audire quoſdā (nec enī deerūt unq̄ qui diſerti eſſe: q̄ boni malint) illa dicentes. Quid ergo tantū artis eſt ī eloquētia: cur tu de coloribus & difficiliū cauſarꝝ defenſione. nō nihil etiā de cōfeſſo loquutus es: niſi aliquādo uis & facultas dicendi expugnat ipſam ueritatem: Bonus enim uir non agit niſi bonas cauſas. eas porro etiā ſine doctrina ſatis ꝑ ſe tuetur ueritas ipſa. Quibus ego cū de meo primū opere reſpondero: etiam pro boni uiri officio: ſiquando eum ad defenſionem nocentium ratio duxerit ſatiſfaciam. Pertractare enim quo modo aut pro falſis aut pro iniuſtis aliquando dicatur: non eſt inutile: uel propter ſolum hoc: ut ea facilius & deprehendamus & refellamus: quēadmodū remedia melius adhibebit: cui nota quæ nocēt fuerit. Neq;. n. Academici cū ī utrāq; diſſerūt ptē: nō ſecūdū alterā uiuūt. Neq; Carneades ille: q̄ romæ audiēte Cēſorio. Catone: nō minoribus uiribus cōtra iuſtitiā dicit diſſeruiſſe: q̄ pridie iuſticia dixerat: iiuſtus ipſe uir fuit. Verꝝ & uirtus qđ ſit aduersus malitia detegit: & æqtas fit ex iniqui cōtēplatiōe manifeſtior: & plurima cōtrariis ꝑbant. Debēt ergo otatori ſic eſſe aduerſariorꝝ nota cōſilia: ut hoſtiū impatori. Verū & illud qđ prima ꝑpoſitiōe durū uideť: pōt afferre rō: ut uir bonus in defenſione cauſæ uelit auferre aliquando iudici ueritatem. Quod ſiquis a me ꝑponi mirabiť. quāquā nō eſt hæc mea ꝑprie

ſentẽtia:ſed eoꝝ quos grauiſſimos ſapiẽtiæ magiſtros:ætas uetus credidit: ſic iudicet:pleraq; eſſe:quæ nõ tã factis q̃ cauſis eoꝝ uel honeſta fiãt uel turpia. Nã ſi hõinẽ occidere ſæpe uirtus.liberos necare nõnũq̃ pulcherrimũ eſt.aſperiora quædã adhuc dictu:ſi cõis utilitas exegerit:facere concedit̃:ne hoc qdẽ nudũ ẽ ituẽdũ:qualẽ cauſã uir bonus:ſed etiã qua re & qua mẽte defẽdat. Ac primũ cõcedãt mihi oẽs oportet:qđ ſtoicoꝝ quoq; aſprimi confitent̃:factuꝝ aliq̃do bonũ uirũ:ut mẽdaciũ dicat. Et qdẽ nõ nũq̃ leuioribus cauſis: ut ĩ pueris ægrotantibus utilitatis eoꝝ gratia multa fingimus.multa nõ facturi promittimus:nedũ ſi ab homine occidẽdo graſſator auertẽdus ſit:aut hoſtis ꝓ ſalute patriæ fallẽdus:ut hoc qđ alias ĩ ſeruis quoq; reprehẽdendũ eſt:ſit alias ĩ ipſo ſapiẽte laudãdũ. Id ſi cõſtiterit:multa iã uideo poſſe euenire: ꝓpter quæ bene orator tale ſuſcipiat cauſæ genus:quale remota rõne honeſta nõ ſuſcepiſſet. Nec hoc dico:qa ſeueriores ſeq placet leges ꝓ patre.fratre.amico periclitãtibus. tã&ſi nõ mediocris hæſitatio eſt:hinc iuſtitiæ ꝓpoſita imagine.ĩde pietatis.nihil dubii relĩquamus. Sit aliqs ĩſidiatus tyrãno:atq; ob id reus. utrum ne ſaluũ eũ nolet is q a nobis finit̃ orator:ã ſi tuẽdũ ſuſcepit:nõ tã falſis defẽdet:q̃ q apud iudices malã cauſã tuet̃? Q uid? ſi quædã benefacta damnaturus eſt iudex niſi ea nõ eſſe facta cõuicerimus? nõ uel hoc mõ ſeruabit orator: nõ ĩnocentẽ modo:ſed laudabilem ciuẽ? Q uid? ſi quædã iuſta natura:ſed cõditõe tẽpoꝝ iutilia ciuitati ſciemus? nõne utemur arte dicendi bona qdẽ: ſed malis artibus ſimillima? Ad hoc nemo dubitabit: quãdo ſi nocẽtes mutari in bonã mentem aliquo mõ poſſint:ſicut poſſe ĩterdũ cõcedit̃:ſaluos eſſe eos magis e re p.ſit q̃ puniri. Si liqueat igit̃ oratori futuꝝ bonũ uirꝝ:cũ uera obiiciẽt̃: nõ id aget ut ſaluus ſit? Da nũc ut crimine mãifeſto premat̃ dux bonus:& ſine quo uĩcere honeſte ciuitas nõ poſſit:nõne ei cõmunis utilitas oratorẽ aduocabit? Certe Fabritius Corneliũ Ruffũ:& aliquãdo malũ ciuẽ & ſibi inimicũ: tamẽ qa utilẽ ſciebat ducẽ ĩminẽte bello palã conſulẽ ſuffragio ſuo fecit: [illegible] ad admirãtibus qbuſdã reſpõdit: a ciue ſe ſpoliari malle:q̃ ab hoſte uenirc[illegible] ſi fuiſſet orator:nõ defendiſſet eundẽ Ruffũ uel manifeſti peculatus reũ. Multa dici poſſent ſimilia: ſed uel unũ ex iis qdlibet ſufficit. Nõ.n.hoc agimus:ut iſtud illi quẽ formamus:uiro ſit ſæpe faciendũ: ſed ut ſi talis coegerit ratio: ſit tamen uera finitio:oratorem eſſe uirum bonum dicendi peritum. Præcipere uero ac diſcere:quo modo etiã ꝓbatione difficilia tractent̃:neceſſe eſt. Nam frequẽter etiã optimæ cauſæ ſimiles ſũt malis: & ĩnocẽs reus multis uerſimilibus premit̃. Q uo fit ut eadem actionis ratione defendẽdus ſit: quaſi nocens eſſet. Iam ĩnumerabilia ſũt bonis cauſis maliſq; cõia.teſtes. litteræ. ſuſpitiões. opiniones. Nõ aliter aũt uerſimilia q̃ uera & cõfirmãt̃ & refellunt̃. Q uapropter ut res feret:flectetur oratio manente honeſta uoluntate.

Ne hoc quidem nondum eſt intuendum. Nudum in quibuſdam exemplaribus emendate legitur pro illo ad uerbio nondum.

Cum uera obiicientur. Cũ quidẽ recte fere legi uidetur: ſed cui datiuũ ſẽſus expoſcit. Et aliquãdo malũ ciuem. Loco illius aliquando recte alioq legeretur. & copula poſtpoſita. hoc mõ. Alioq & malũ ciuem. Ad hoc ne modubitauit: quãdo ſi nocẽtes mutari in bonã mentem aliquo modo poſſint: ſicut poſſe interdũ cõcedit̃: ſaluos eſſe eos magis erep. ſit q̃ puniri. Deprauata hæc periodos corrigitur: ſi loco illius aduerbii quando: hãc cõiunctiõem quin reponamus: ut accipiamus neminẽ dubitaturum quin ſit magis ex utilitate reip. eos eſſe ſaluos quin bonã mentem mutari poſſunt q̃ puniri. Sed uel unum ex iis quolibet ſufficit. D. aſcripta quodlibet legatur. Præcipere uero ac diſcere quo modo etiã ꝓbatione difficilia tractentur neceſſe ẽ. Sic qdẽ [illegible] recte legi putatur. Sed niſi corrigatur: ſenſus plene non ꝓcipiet̃. Forſitã aũt hæc ꝓpoſitio ĩ eſt aſcribẽda ut ĩ ꝓbatiõe legatur: aut certe hac lra.s. aſcripta ꝓbatiões ac difficiliores eſt legendũ.

III. Cognoſcenda eſſe oratori quibus mores formentur.

Vando igit̃ orator ẽ uir bonus. is autẽ citra uirtutẽ itelligi nõ põt. q Virtus & ſi quoſdã ĩpetus a natura ſumit tamẽ ꝓficiẽda doctrina ẽ: Mores ante oĩa oratori ſtudiis erũt excolẽdi: atq; omis honeſti iuſtiq; diſciplina ꝓtractãda: ſine qua nemo nec uir bonus eẽ: nec dicẽdi peritus poteſt. niſi forte accedamus iis: qui natura cõſtare mores: & nihil adiuuari diſciplina putãt. Scilicet ut ea qdẽ: quæ manu fiunt: atq; eorum

q Vando igitur orator ẽ uir bonus. Tris philoſophiæ partes: oratori eſſe tenendas eleganter ut omnia colligit Fabius.

Tantum quia nacti ſumus habeamus. Nati c littera eraſa legendum ē.

Abſtinēs erit quicquid ſit abſtinentia ignoratur. Qui illa littera c expuncta legatur & ignorarit ꝑ illo ignorat. hoc modo. Qui quid ſit abſtinentia ignorarit. Non eruditione aliquo ſermone. N. littera in. r. mutata eruditiore legendum ē. O q̄ parum iſtud putant quibus non facile uidetur. In qbuſdā exemplaribus recte loco illius aduerbii non hæc particula tam ē repoſita. hoc modo. quibus tam facile uidetur. Quis deniq; in ipſa: quam maxime pleriq; præcipiunt: reip. adminiſtratione uerſatus? Aliquid huic ſenſui mihi deeſſe uidet: ac fortaſſis hoc participium uitādā recte aſcriberetur. Multi nanq; philoſophorum uitādam eſſe reip. adminiſtrationē præcipiunt. Nec inficior fugiendā quoq; legi poſſe. hoc modo. Quas deniq; i ipſa: quā maxime fugiendā pleriq; p̄cipiūt. Atqui eo illum quem iſtitutum Romanū quēdam uelim eſſe ſapientē. Ego ꝑ eo & iſtituo nō iſtitutū manifeſte legendū ē. Sed rerū experimentis atq; opibus uere ciuilē uirū exhibeat. Se ꝑnomen uidet aſcribēdū. hoc modo. ſe uere ciuilem uirū exhibeat. Id quod eſt oratori neceſſarium: nec adiiciendi præceptor bus traditur. Loco adiiciendi. i. uocali eraſa dicēdi legendū ē hoc modo. Nec a dicendi præceptoribus traditur. Vtināque ſit tempus unquā quo p̄fectus aliqs qualem optamus orator. Minus recte mihi ſic legi uidetur. Illud enim aduerbium unquā nihil ſenſum iuuat: cum præſertim citra negationem in oratione fere non ponatur.

contēptiſſima confiteant egere doctoribus. Virtutē uero: qua nihil homini: quo ad deos īmortales ꝓpius accedat: datū ē: obuiā & illaboratā: tātū qa nati ſumus hēamus. Abſtinēs erit q qd ſit abſtinētia ignorarit? Et fortis q metus doloris. mortis. ſupſtitionis nulla rōne purgauerit? Et iuſtus q æq boniq; tractatū? q leges: quæ natura ſūt oibus datæ: quæq; ꝓprie populis. gentibus conſtitutæ: non eruditiore aliquo ſermone tractauerit? O q̄ iſtud paꝛ putāt: qbus tā nō facile uidet. Sed hoc trāſeo: de quo neīnē: q litteras uel primis: ut aiūt: labris deguſtarit: dubitaturū puto. Ad illud ſequens reuertar: ne dicendi qdē ſatis ꝓpitū fore: qui nō & naturæ uī oēm penitus ꝓſpexerit: & mores præceptis ac rōne formarit. Neq; enim fruſtra in tertio de oratore libro. L. Craſſus cuncta: quæ de æquo. iuſto. uero. bono: deq; iis quæ ſunt contra poſita propria eſſe oratoris affirmat: ac phōs cū ea dicēdi uiribus tuētur: uti rhetorum armis nō ſuis. Idē tamen confiteꝫ ea iā eſſe a phīa petenda: uidelicet qa magis hæc illi uidetur in poſſeſſione eaꝝ rerū fuiſſe. Hinc etiā illud eſt: quod Cicero pluribus libris & epiſtolis teſtatur: dicendi facultatem ex ītimis ſapiētiæ fōtibus fluere. Ideoq; aliquādiu præceptores eoſdē fuiſſe moꝛ atq; dicēdi. Q uapropter hæc exhortatio mea nō eo ptinet: ut eē oratorē philoſophū ueli: quādo nō alia uitæ ſecta longius a ciuilibus officiis: atq; ab oī munere oratoris receſſit. Nā qs phōꝛ aut ī iudiciis frequēs: aut clarus ī cōciōibus fuit? Q uis deniq; ī ipſa quā maxīe pleriq; præcipiūt rei p. adminiſtratōe uerſatus? Atq ego illū quē iſtituo romanū quēdā ueli eē ſapiētē: q nō ſecretis diſputatiōibus: ſed reꝝ experimētis atq; operibus uere ciuilē uirū exhibeat. Sed quia deſerta ab iis qui ſe ad eloquētiā contulerūt: ſtudia ſapientiæ: nō iā ī actu ſuo atq; in hac fori luce uerſant: Sed ī porticus & gymnaſia primū. mox in conuentus ſcholaꝝ receſſerūt. Id quod ē oratori neceſſarium: nec a dicendi præceptoribus traditur: ab iis petere nimiꝝ neceſſe eſt: apud quos remanſit. Euoluēdi penitus auctores: qui de uirtute præcipiūt: ut oratoris uita cum ſcientia diuinarū reꝝ ſit humanaꝝq; cōiūcta: quæ ipſæ q̄to maiores ac pulchriores uiderent: ſi illas ii docerent: qui etiā eloqui præſtātiſſime poſſent. Vtināq; ſit tēpus unq̄: quo p̄fectus aliqs: q̄lē optamus: orator hāc partem ſuperbo nomine & uitiis quoꝝdam bona eius corrūpētiū iuiſam uēdicet ſibi: ac uelut rebus repetitis ī corpus eloquētiæ adducat. Q uæ quidem cum ſit in tres diuiſa partes. naturalē. moralem. rōnalem: quæ tandē nō ē cum oratoris ope coniuncta? Nam ut ordinē retro agamus: de ultima illa quæ tota uerſatur ī uerbis: nemo dubitauerit: ſi & ꝓprietates uocis cuiuſque noſſe: & ambigua apire: & pplexa diſcernere: & de falſis iudicare: & colligere ac reſoluere quæ uelis: oratoris eſt: q̄q̄ ea non eſt tam minute atq; conciſe in actionibus utendū: q̄ in diſputationibus: quia nō docere mō: ſed mouere etiā ac delectare āudiētes debet orator: ad quod īpetu quoq; & uiribus ac decore ē opus: ut uis amnium maior eſt altis ripis: multoq; gurgitis tractu fluentiū: q̄ tenuis aquæ & obiectu lapilloꝝ reſultātis: & ut palæſtrici doctores illos: quos numeros uocāt: non iccirco diſcentibus tradunt: ut iis omnibus qui didicerunt: in ipſo luctādi certamine utant. Plus. n. pōdere & firmitate & ſpiritu agit. ſed

